

THE PROPER OF TIME IN THE POST-VATICAN II
LITURGICAL REFORMS

THE PROPER OF TIME IN THE POST-VATICAN II LITURGICAL REFORMS

A Comparison of the Prayers of the
1962 *Missale Romanum*, Schema 186 (*De Missali*, 27)
and the 1970/2002 *Missale Romanum*

Referenced to the *Corpus Orationum*

With Indices and Introductory Text of Schema 186

Edited by Matthew P. Hazell

Lectionary Study Press
2018

Lectionary Study Press

First published 2018

Arrangement and translations © Matthew P. Hazell, 2018

All rights reserved. No part of this book
may be reproduced or transmitted in any form
or by any means, without permission.

ISBN: 978-1-7307-9522-0 (paperback)

264'.02036—dc23

Contents

Editor's Introduction	vii
------------------------------	-----

I. COMPARISON TABLES

Advent	3
Christmas	28
Epiphanytide and Pre-Lent/ <i>Tempus per annum</i> (Weeks 1-9)	43
Lent	52
Easter	112
Time after Pentecost/ <i>Tempus per annum</i> (Weeks 10-34)	157
List of Abbreviations	185

II. INDICES

1.1. Collects (CO)	189
1.2. Collects (non-CO)	198
2.1. <i>Super oblata</i> (CO)	200
2.2. <i>Super oblata</i> (non-CO)	206
3.1. Postcommunions (CO)	207
3.2. Postcommunions (non-CO)	213
4.1. <i>Super populum</i> (CO)	215
4.2. <i>Super populum</i> (non-CO)	217
5. Contents of Schema 186	218
6. Latin Text and English Translation of Schema 186, pp. 1-4	220

EDITOR'S INTRODUCTION

The aim of this book is, fundamentally, a simple one: to allow easy comparison of the work of Coetus 18 bis of the Consilium with both the liturgical tradition as it was before the post-Vatican II reforms (i.e. the 1962 *Missale*), and the end-result of those reforms (i.e., the 1970 *Missale*).

Coetus 18 bis were the group of the Consilium most directly responsible for the reform of the orations and prefaces of the Roman Missal.¹ Of their various schemata, it is no. 186 that is perhaps the most interesting. This schema, dated September 19th, 1966, is a 69 page document (with a 16 page addendum) that proposes various policies and criteria for this reform, with the bulk of the document given over to draft texts for the orations and prefaces of the Proper of Time. In her monograph *The Collects of the Roman Missals: A Comparative Study of the Sundays in Proper Seasons before and after the Second Vatican Council* (London: Bloomsbury T&T Clark, 2013), Professor Lauren Pristas goes into more detail about the labours of Coetus 18 bis, analysing the collects for proper seasons in each Missal with reference to their efforts, and her excellent work in this area has encouraged me to compile this document.

Alongside this, the work of Edmond Moeller, editor of the *Corpus Praefationum* and co-editor, along with Jean-Marie Clément and Bertrand Coppitiers 't Wallant, of the *Corpus Orationum*,² has been absolutely indispensable. These two sets of volumes list, in alphabetical order, the orations and prefaces contained in over 200 extant manuscripts from before the liturgical reforms carried out after the Council of Trent, and make it possible for one to determine how widely a given prayer was used, when it was used, in what contexts, and whether there are any textual variants. This is a vital resource for those who wish to examine the history of the orations of the Roman Missal.

This document draws together the differing corpora of orations found in the 1962 Missal, Schema 186 and the 1970/2002 Missal, and arranges them side-by-side in parallel so that they can be more easily compared. The *Corpus Orationum* (CO) numbers for the source(s) of each prayer have also been given, so that one can quickly look up the source to get more information on the background of any given prayer, whether there have been any changes made, etc. Where texts have been utilised that do not occur in the CO (e.g. from the *Corpus Praefationum*), the references to those other sources have also been given. (The Latin source texts from the CO have not been reproduced here for reasons of space.) Various indices, along with the introductory text of Schema 186 (in Latin and my English translation), are provided at the end.

Thanks are due to Rev Fr Luke Melcher, Director of Textual Resources at the International Commission on English in the Liturgy (ICEL), for providing access to Schema 186 and making this work possible.

Matthew P. Hazell
November 1st, 2018
Solemnity of All Saints

¹ Other groups were, however, also given responsibility in this area. For instance, Coetus 13 was responsible for the reform of the orations for Votive Masses and Masses for Various Needs and Occasions.

² E. Moeller (ed.), *Corpus Praefationum* (CCSL 161-161D; Turnholt: Brepols, 1980-81, 5 vols.); E. Moeller, J.M. Clément and B. Coppitiers 't Wallant (eds.), *Corpus Orationum* (CCSL 160-160M; Turnholt: Brepols, 1992-2004, 14 vols.).

I. COMPARISON TABLES

1st Sunday of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari.		Da, quaesumus, omnipotens Deus, hanc tuis fidelibus voluntatem, ut, Christo tuo venienti iustis operibus occurrentes, eius dexterae sociati, regnum mereantur possidere caeleste.
CO 2554		CO 1006

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec sacra nos, Domine, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium.	Haec sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad sum faciant puriores venire principium.	Suscipe, quaesumus, Domine, munera, quae de tuis offerimus collata beneficiis, et, quod nostrae devotioni concedis effici temporali, tuae nobis fiat praemium redemptionis aeternae.
CO 2875 b	CO 2875 a	CO 5823

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio templi tui: ut reparationis nostrae ventura solemnia congruis honoribus praecedamus.		Prosint nobis, quaesumus, Domine, frequentata mysteria, quibus nos, inter praetereuntia ambulantes, iam nunc instituis amare caelestia et inhaerere mansuris.
CO 5845		CO 901 + 4718

Monday in Week 1 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui splendorem gloriae tuae per sacrae Virginis partum in mundi fine dignatus es revelare, quatenus densis errorum tenebris effugatis, veritas fulgeat perpetuae claritatis: tribue, quaesumus, ut tantae incarnationis mysterium humiles famuli, et fidei integritate colamus et devoto semper obsequio frequentemus.	Fac nos, quaesumus, Domine Deus noster, adventum Christi Filii tui sollicitos exspectare, ut, dum venerit pulsans, orationibus vigilantes, et in suis inveniat laudibus exsultantes.
	CO 6775	CO 2600

Tuesday in Week 1 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris et tribulantibus, quaesumus, auxilium tuae pietatis concede: ut de Filii tui venientis praesentia consolati, nullis iam polluamur contagiis vetustatis.	Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et tribulantibus, quaesumus, tuae concede pietatis auxilium, ut, de Filii tui venientis praesentia consolati, nullis iam polluamur contagiis vetustatis.
	CO 6776	

Wednesday in Week 1 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Fac nos, quaesumus, Domine Deus noster, pervigiles atque sollicitos adventum expectare Christi Filii tui Domini nostri: ut, dum venerit pulsans, non dormientes peccatis sed vigilantes et in suis inveniatur laudibus exsultantes.	Praepara, quaesumus, Domine Deus noster, corda nostra divina tua virtute, ut, veniente Christo Filio tuo, digni inveniamur aeternae vitae convivio, et cibum caelestem, ipso ministrante, percipere mereamur.
	CO 2600	CO 4315

Thursday in Week 1 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens Deus, qui nos praecipis per portam iustitiae transire et iter Christo Domino praeparare: concede propitius, ut nullis infirmitatibus fatigemur, qui caelestis medici fulgentem praesentiam sustinemus.	Excita, Domine, potentiam tuam, et magna nobis virtute succurre, ut, quod nostra peccata praepediunt, gratia tuae propitiationis acceleret.
	CO 6779	CO 2550

Friday in Week 1 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Praecinge, quaesumus, Domine Deus noster, lumbos mentis nostrae divina tua virtute potenter: ut veniente Domino nostro Iesu Christo Filio tuo, digni inveniamur aeternae vitae convivio et vota caelestium dignitatum ab ipso percipere mereamur.	Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni, ut, ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari.
	CO 4315	CO 2554

Saturday in Week 1 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui ad liberandum humanum genus a vetustatis condicione, Unigenitum tuum in hunc mundum misisti, largire devote exspectantibus gratiam tuae supernae pietatis, ut ad verae perveniamus praemium libertatis.	Deus, qui, ad liberandum humanum genus a vetustatis condicione, Unigenitum tuum in hunc mundum misisti, largire devote exspectantibus supernae tuae gratiam pietatis, ut ad verae perveniamus praemium libertatis.
	CO 6780	

2nd Sunday of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Excita, Domine, corda nostra ad praeparandas Unigeniti tui vias: ut, per eius adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur.		Omnipotens et misericors Deus, in tui occursum Filii festinantes nulla opera terreni actus impediunt, sed sapientiae caelestis eruditio nos faciat eius esse consortes.
CO 2553		CO 2669

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Placare, quaesumus, Domine, humilitatis nostrae precibus et hostiis: et, ubi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre praesidiis.	Placare, Domine, quaesumus, humilitatis nostrae precibus et hostiis, et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuae nobis indulgentiae succurre praesidiis.	Placare, Domine, quaesumus, nostrae precibus humilitatis et hostiis, et, ubi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuae nobis indulgentiae succurre praesidiis.
CO 4246		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Repleti cibo spiritualis alimoniae, supplices te, Domine, deprecamur: ut, huius participatione mysterii, doceas nos terrena despiciere et amare caelestia.	Repleti cibo spiritualis alimoniae, supplices te, Domine, deprecamur: ut huius participatione mysterii doceas nos terrena despiciere et amare caelestia, atque omni nexu mortiferae cupiditatis exutos, regno perpetuae libertatis consortes efficias.	Repleti cibo spiritualis alimoniae, supplices te, Domine, deprecamur, ut, huius participatione mysterii, doceas nos terrena sapienter perpendere, et caelestibus inhaerere.
CO 5044 b	CO 5044 a	CO 5044

Monday in Week 2 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Dirigatur, quaesumus, Domine, in conspectu tuo nostrae petitionis oratio: ut ad magnae incarnationis Unigeniti tui mysterium, nostrae servitutis vota illibata puritate perveniant.	Dirigatur, quaesumus, Domine, in conspectu tuo nostrae petitionis oratio, ut ad magnum incarnationis Unigeniti tui mysterium nostrae vota servitutis illibata puritate perveniant.
CO 6786		

Tuesday in Week 2 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui salutare tuum totis terrae finibus nuntiatum signis fulgentibus declarasti: tribuae, quaesumus, ut qui nativitatis eius gloriam sollemniter praestolamur, nullis iam inimicorum fraudibus mancipemur.	Deus, qui salutare tuum cunctis terrae finibus declarasti, tribue, quaesumus, ut nativitatis eius gloriam laetanter praestolemur.
CO 6787		

Wednesday in Week 2 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, qui per adventum Unigeniti Filii tui nova luce radiare dignatus es: concede nobis, ut, sicut eum per Virginis partum in forma nostri corporis meruimus habere participem, ita et in regno gratiae eius mereamur esse consortes.	Omnipotens Deus, qui nos praecipis iter Christo Domino praeparare, concede propitius, ut nullis infirmitatibus fatigemur, qui caelestis medici consolantem praesentiam sustinemus.
	CO 4017	CO 6779

Thursday in Week 2 of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Festinantes, omnipotens Deus, in occursum Filii tui Domini nostri nulla impediunt opera actus terreni, sed sapientiae caelestis eruditio faciat nos eius esse consortes.	Excita, Domine, corda nostra ad praeparandas Unigeniti tui vias, ut, per eius adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur.
	CO 2669	CO 2553

Friday in Week 2 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, plebi tuae adventum Unigeniti tui cum summa vigilantia exspectare: ut, sicut ipse auctor nostrae salutis docuit, velut fulgentes lampades in eius occursum nostras animas praeparemus.	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, plebi tuae adventum Unigeniti tui cum summa vigilantia exspectare, ut, sicut ipse docuit auctor nostrae salutis, accensis lampadibus in eius occursum vigilantes properemus.
CO 734		

Saturday in Week 2 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Oriatur, quaesumus, omnipotens Deus, in cordibus nostris splendor gloriae, Dominus noster Iesus Christus: ut, omni noctis obscuritate sublata, filios nos esse diei verae lucis manifestet adventus.	Oriatur, quaesumus, omnipotens Deus, in cordibus nostris splendor gloriae tuae, ut, omni noctis obscuritate sublata, filios nos esse lucis Unigeniti tui manifestet adventus.
CO 6792		

3rd Sunday of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Aurem tuam, quaesumus, Domine, precibus nostris accommoda: et mentis nostrae tenebras gratia tuae visitationis illustra.	Voci nostrae, quaesumus, Domine, aures tuae pietatis accommoda, et cordis nostri tenebras lumine tuae visitationis illustra.	Deus, qui conspicias populum tuum nativitatis dominicae festivitatem fideliter expectare, praesta, quaesumus, ut valeamus ad tantae salutis gaudia pervenire, et ea votis sollemnibus alacri semper laetitia celebrare.
CO 358	CO 6105	CO 6798

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Devotionis nostrae tibi, quaesumus, Domine, hostia iugiter immoletur: quae et sacri peragat instituta mysterii, et salutare tuum in nobis mirabiliter operetur.	Devotionis nostrae tibi, Domine, quaesumus, hostia iugiter immoletur: quae et sacri peragat instituta mysterii et salutare tuum nobis potenter operetur.	
CO 2221		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut haec divina subsidia, a vitiis expiatis, ad festa ventura nos praeparent.	Tuam, Domine, clementiam imploramus, ut haec divina subsidia, a vitiis expiatis, ad festa ventura nos praeparent.	
CO 3076		

Monday in Week 3 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui conspicias populum tuum incarnationem dominicam fideliter exspectare: praesta, quaesumus, ut valeamus ad tantae salutis gaudia pervenire et votis sollemnibus alacri semper laetitia celebrare.	Voci nostrae, quaesumus, Domine, aures tuae pietatis accomoda, et cordis nostri tenebras gratia Filii tui nos visitantis illustra.
	CO 6798	CO 6105

Tuesday in Week 3 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, aeterna maiestas, cuius ineffabile verbum, angelo deferente, virginitas immaculata suscepit, et domicilium deitatis effecta, sancti Spiritus luce repletur: quaesumus, ut fidelem populum pisa suis orationibus protegat, quae Deum et hominem sacris visceribus meruit baiulare.	Deus, qui novam creaturam per Unigenitum tuum nos esse fecisti, in opera misericordiae tuae propitius intueri, et in adventu Filii tui ab omnibus nos maculis vetustatis emunda.
	CO 6803	CO 1750 <i>See also CO 4059</i>

Ember Wednesday in Advent (1962 MR, Schema 186)
Wednesday in Week 3 of Advent (1970/2002 MR)

1st Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut redemptionis nostrae ventura solemnitas, et praesentis nobis vitae subsidia conferat, et aeternae beatitudinis praemia largiatur.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut Filii tui ventura sollemnitas et praesentis nobis vitae remedia conferat et praemia aeterna concedat.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut Filii tui ventura sollemnitas et praesentis nobis vitae remedia largiatur, et praemia aeterna concedat.
CO 4495		

2nd Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Festina, quaesumus, Domine, ne tardaveris, et auxilium nobis supernae virtutis impende: ut adventus tui consolationibus subleventur, qui in tua pietate confidunt.	Festina, quaesumus, ne tardaveris, Domine, et praesidium nobis tuae pietatis impende: ut adventus tui consolationibus subleventur, qui in tua miseratione confidunt.	<i>None assigned</i>
CO 2667 b	CO 2667 ab	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Accepta tibi sint, quaesumus, Domine, nostra ieiunia: quae et expiando nos tua gratia dignos efficiant, et ad sempiterna promissa perducant.	Ecclesiae tuae, Domine, munera placatus assume, quae et misericors offerenda tribuisti, et in nostrae salutis potenter efficis transire mysterium.	<i>Cf. 3rd Sunday of Advent</i>
CO 31 D	CO 2400 A	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Salutaris tui, Domine, munere satiati, supplices deprecamur: ut, cuius laetamur gustu, renovemur effectu.	Sit plebi tuae, Domine, continuata defensio divini participatio sacramenti: ut, maiestati tuae plena devotione subiecta, salvationem mentis et corporis affluenter accipiat.	<i>Cf. 3rd Sunday of Advent</i>
CO 5226 e	CO 5499	

Thursday in Week 3 of Advent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, humanae conditor et redemptor naturae, qui verbum tuum in utero perpetuae virginitalis carnem assumere voluisti, respice propitius ad preces nostras: ut, Unigeniti tui nativitate suscepta, ipsius etiam redemptoris mereamur divino consortio sociari.	Indignos, quaesumus, Domine, nos famulos tuos, quos actionis propriae culpa contristat, Unigeniti tui adventu salutari laetifica.
	CO 6804	CO 3122

Ember Friday in Advent (1962 MR, Schema 186)
Friday in Week 3 of Advent (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni: ut hii, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adversitate liberentur.		Praeveniat nos, omnipotens Deus, tua gratia semper atque subsequatur, ut, qui adventum Unigeniti tui summo cordis desiderio sustinemus, et praesentis vitae subsidia et futurae pariter consequamur.
CO 2557		CO 4596 a <i>See also Br 881, 1082</i>

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Muneribus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis: et caelestibus nos munda mysteriis, et clementer exaudi.	Intende, quaesumus, Domine, sacrificium singulare: ut, huius participatione mysterii, quae speranda credimus, exspectata sumamus.	<i>Cf. 2nd Sunday of Advent</i>
CO 3511 G	CO 3153	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tui nos, Domine, sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium.	Prosint nobis, Domine, quaesumus, sumpta mysteria, pariterque nos et a peccatis exuant et praesidiis tuae propitiationis attollant.	<i>Cf. 2nd Sunday of Advent</i>
CO 6001 B	CO 4720 A	

Ember Saturday in Advent (1962 MR, Schema 186)¹**1st Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui conspicias, quia ex nostra pravitate affligimur: concede propitius; ut ex tua visitatione consolemur.		<i>None assigned</i>
CO 1495		

2nd Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui sub peccati iugo ex vetusta servitute deprimimur; exspectata unigeniti Filii tui nova nativitate liberemur.		<i>None assigned</i>
CO 771		

3rd Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Indignos nos, quaesumus, Domine, famulos tuos, quos actionis propriae culpa contristat, unigeniti Filii tui adventu laetifica.	Indignos, quaesumus, Domine, famulos tuos, quos actionis propriae culpa contristat, Unigeniti tui adventu laetifica.	<i>None assigned</i>
CO 3122		

¹ No Saturday in Week 3 of Advent in 1970/2002 MR, due to 17-24 Dec and 4th Sunday of Advent having proper Masses.

4th Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut Filii tui ventura solemnitas, et praesentis nobis vitae remedia conferat, et praemia aeterna concedat.	Praeveniat nos, quaesumus, omnipotens Deus, tua gratia semper et subsequatur, ut qui adventum Unigeniti tui summo cordis desiderio sustinemus, et praesentis vitae subsidia et futurae pariter consequamur.	<i>CO 4596a + 5579</i>
CO 4495	CO 4596 a	

5th Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuae visitatione consolemur.	Fac nos, quaesumus, Domine, sollicitos adventum exspectare Christi Filii tui, ut dum venerit, in suis inveniatur laudibus exsultantes.	<i>None assigned</i>
CO 4633 a	CO 2600	

6th Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.		<i>None assigned</i>
CO 2136		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificiis praesentibus, quaesumus, Domine, placatus intende: ut et devotioni nostrae proficiant, et saluti.		<i>None assigned</i>
CO 5205		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, Domine Deus noster: ut sacrosancta mysteria, quae pro reparationis nostrae munimine contulisti; et praesens nobis remedium esse facias, et futurum.		<i>None assigned</i>
CO 4831		

4th Sunday of Advent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Excita, quaesumus, Domine, potentiam tuam, et veni: et magna nobis virtute succurre; ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret.	Excita, Domine, potentiam tuam et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentia tuae propitiationis acceleret.	Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.
CO 2550		CO 2748

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificiis praesentibus, quaesumus, Domine, placatus intende: ut et devotioni nostrae proficiant, et saluti.	Sacrificium tibi, Domine, celebrandum placatus intende: quod et nos a vitiis nostrae conditionis emundet, et tuo nomini reddat acceptos.	Altari tuo, Domine, superposita munera Spiritus ille sanctificet, qui beatuae Mariae viscera sua virtute replevit.
CO 5205	CO 5232	CO 247

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sumptis muneribus, quaesumus, Domine: ut, cum frequentatione mysterii, crescat nostrae salutis effectus.	Roboret nos, Domine, tui sacramenti perceptio: ut tua in nobis gratia operante, venienti Salvatori mereamur cum dignis operibus obviare, et beatitudinis praemia promereri.	Sumpto pignore redemptionis aeternae, quaesumus, omnipotens Deus, ut quanto magis dies salutiferae festivitatis accedit, tanto devotius proficiamus ad Filii tui digne nativitatis mysterium celebrandum.
CO 5641	CO 6783	CP 543 + CO 5579

Monday in Week 4 of Advent (Schema 186)
17th December (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices deprecamur: ut, refulgente iam dominicae carnis adventu, ad nostras preces aures placidas praebeas, et orationes fidelium famulorum exaudire digneris.	Deus, humanae conditor et redemptor naturae, qui Verbum tuum in utero perpetuae virginitatis carnem assumere voluisti, respice propitius ad preces nostras, ut Unigenitus tuus, nostra humanitate suscepta, nos divino suo consortio sociare dignetur.
	CO 6808	CO 6804 + 3806

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Ecclesiae tuae, Domine, munera sanctifica: et concede; ut per haec veneranda mysteria, pane caelesti refici mereamur.	Ecclesiae tuae, Domine, dona sanctifica, et concede, ut, per haec veneranda mysteria, pane caelesti refici mereamur.
	CO 2402a	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Animae nostrae, quaesumus, omnipotens Deus, hoc desiderio potiantur, ut a tuo Spiritu inflammemur, et, divino munere satiati, ante conspectum venientis Christi Filii tui velut clara luminaria fulgeamus.	Divino munere satiati, quaesumus, omnipotens Deus, hoc desiderio potiamur, ut, a tuo accensi Spiritu, ante conspectum venientis Christi tui, velut clara luminaria fulgeamus.
	CO 263	

Tuesday in Week 4 of Advent (Schema 186)
18th December (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui in Unigenito tuo novam creaturam nos esse fecisti: respice propitius in opera misericordiae tuae, et in adventu Filii tui ab omnibus nos maculis vetustatis emunda.	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui sub peccati iugo ex vetusta servitute deprimimur, exspectata Unigeniti tui nova nativitate liberemur.
	CO 1750	CO 771

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Sacrificium tibi, Domine, celebrandum tuo nomini nos reddat acceptos, ut ipsius aeternitatis mereamur esse consortes, qui mortalitatem nostram sua mortalitate curavit.	
	CO 5232 + 695 + CP 1378	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Prosint nobis, quaesumus, Domine, frequentata mysteria, quibus nos, inter praetereuntia constitutos, iam nunc instituis amare caelestia et inhaerere mansuris.	Suscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio templi tui, et redemptionis nostrae ventura sollemnia congruis honoribus praecedamus.
	CO 4718 + 901	CO 5845

Wednesday in Week 4 of Advent (Schema 186)
19th December (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Da, quaesumus, omnipotens Deus, cunctae familiae tuae hanc voluntatem, Christo Filio tuo Domino nostro venienti in operibus iustis aptos occurrere, ut eius dexterarum sociati regnum mereantur possidere caeleste.	Deus, qui splendorem gloriae tuae per sacrae Virginis partum mundo dignatus es revelare, tribue, quaesumus, ut tantae incarnationis mysterium et fidei integritate colamus, et devoto semper obsequio frequentemus.
	CO 1006	CO 6775

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Propitius intueri munera, Domine, quaesumus, quae tuis altaribus exhibemus, ut, quod nostra fragilitate defertur, tua virtute secretur.	
	CO 4713	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Referentes gratias de praeteritis muneribus, fac nos, omnipotens Deus, propitius quae ventura sunt praestanda desiderare: ut nativitatem panis aeterni purificatis suscipiamus mentibus honorandam.	Gratias de collatis muneribus referentes, fac nos propitius, omnipotens Deus, quae ventura sunt desiderare praestanda, ut nativitatem Salvatoris nostri purificatis suscipiamus mentibus honorandam.
	CP 1415 + 1390	

Thursday in Week 4 of Advent (Schema 186)
20th December (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut qui de adventu Unigeniti tui secundum carnem laetantur, in secundo cum venerit in maiestate, praemium vitae percipiant.	Deus, aeterna maiestas, cuius ineffabile Verbum, Angelo nuntiante, Virgo immaculata suscepit, et, domus divinitatis effecta, Sancti Spiritus luce repletur, quaesumus, ut nos, eius exemplo, voluntati tuae humiliter adhaerere valeamus.
	CO 4631	CO 6803

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Altari tuo, Domine, superposita munera Spiritus Sanctus assumat, qui beatae Mariae viscera sui splendoris veritate replevit.	Intende, quaesumus, Domine, sacrificium singulare, ut, huius participatione mysterii, quae speranda credimus, exspectata sumamus.
	CO 247	CO 3153

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Quos munere caelesti reficis, Domine, divino tuere praesidio, ut, tuis mysteriis perfuentes, in vera facias pace gaudere.	
	CO 4946 ab	

Friday in Week 4 of Advent (Schema 186)
21st December (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui hominem delapsus in mortem conspiciens, Unigeniti tui adventu redimere voluisti: praesta, quaesumus; ut, qui eius incarnationem fatentur, ipsius etiam redemptoris consortia mereantur.	Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi, ut, qui de Unigeniti tui in nostra carne adventu laetantur, cum venerit in sua maiestate, aeternae vitae praemium consequantur.
	CO 1686	CO 4631

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Haec tibi, Domine, sanctificanda benignus assume; ut eorum perceptione expiemur a crimine et adventus Filii tui gloriam puris mereamur mentibus praestolari.	Ecclesiae tuae, Domine, munera placatus assume, quae et misericors offerenda tribuisti, et in nostrae salutis potenter efficis transire mysterium.
	CO 2884	CO 2400

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Quaesumus, omnipotens Deus: ut huius participatione mysterii, a delictis omnibus expiati, remediis tuae pietatis aptemur.	Sit plebi tuae, Domine, continuata defensio divini participatio mysterii, ut, maiestati tuae plena devotione subiecta, salvationem mentis et corporis affluenter accipiat.
	CO 3153 + CP 1445	CO 5499

Saturday in Week 4 of Advent (C = Schema 186)

22nd December, 23rd December (SO, PC = Schema 186; C, SO, PC = 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, nativitatem Christi Filii tui secundum carnem propinquare cernentes, quaesumus, ut nobis indignis famulis tuis misericordiam praestet ipse, qui pro nobis dignatus est ingredi uterum sanctae virginis, ut Verbum caro fieret et habitaret in nobis.	<p>22 Dec: Deus, qui, hominem delapsam in mortem conspiciens, Unigeniti tui adventu redimere voluisti, praesta, quaesumus, ut qui humili eius incarnationem devotione fatentur, ipsius etiam Redemptoris consortia mereantur.</p> <p>23 Dec: Omnipotens sempiterne Deus, nativitatem Filii tui secundum carnem propinquare cernentes, quaesumus, ut nobis indignis famulis tuis misericordiam praestet Verbum, quod ex Virgine Maria dignatum est caro fieri, et in nobis habitare Iesus Christus, Dominus noster.</p>
	- CO 6797	<p>22 Dec: CO 1686</p> <p>23 Dec: CO 6797</p>

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	<p>22 Dec: In tua pietate confidentes, Domine, cum muneribus ad altaria veneranda concurrimus: ut, purificante nos gratia tua, iisdem quibus famulamur mysteriis emundemur.</p> <p>23 Dec: Haec oblatio, Domine, qua divini cultus nobis est indita plenitudo, sit tibi perfecta placatio: ut nostri redemptoris exordia purificatis mentibus celebremus.</p>	<p>22 Dec: In tua pietate confidentes, Domine, cum muneribus ad altaria veneranda concurrimus, ut, tua purificante nos gratia, iisdem quibus famulamur mysteriis emundemur.</p> <p>23 Dec: Haec oblatio, qua divini cultus nobis est indita plenitudo, sit tibi, Domine, perfecta placatio, ut nostri Redemptoris exordia purificatis mentibus celebremus.</p>
	<p>22 Dec: CO 368 + 2572 + 5916 [+ 4677 + 2557 + 2667 b ?]</p> <p>23 Dec: CO 3609 + 871</p>	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	<p>22 Dec: Caelesti munere satiatis, quaesumus, omnipotens Deus, pacem tuam, intercedente beata virgine Maria, propitiatus indulge: ut venienti Sponso Filio tuo unigenito, accensis lampadibus eius digni praestelemur occursum.</p> <p>23 Dec: Sumpto pignore redemptionis aeternae, quaesumus, omnipotens Deus: ut quanta magis dies salutiferae festivitatis accedit, tanto devotius ad Filii tui digne celebrandum proficiamus nativitatis mysterium.</p>	<p>22 Dec: Roboret nos, Domine, tui sacramenti perceptio, ut venienti Salvatore mereamur cum dignis operibus obviare, et beatitudinis praemia promereri.</p> <p>23 Dec: Caelesti munere satiatis, Domine, pacem tuam propitiatus indulge, ut Filio tuo dilectissimo venienti accensis lampadibus digni praestelemur occursum.</p>
	<p>22 Dec: CO 528</p> <p>23 Dec: CO 5579 + CP 543</p>	<p>22 Dec: CO 4794 + 6783</p> <p>23 Dec: CO 528</p>

24th Dec (morning Mass) (1970/2002 MR only)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Festina, quaesumus, ne tardaveris, Domine Iesu, ut adventus tui consolationibus subleventur, qui in tua pietate confidunt.
		CO 2667 b

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Oblata tibi, Domine, munera benignus assume, ut eorum perceptione expiemur a peccatis, et adventus Filii tui gloriam puris mereamur mentibus praestolari.
		CO 2884

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Da nobis, Domine, hoc dono tuo mirabili recreatis, ut, sicut adoranda Filii tui natalicia praevenimus, sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes.
		CO 528

Vigil of Christmas

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sumptis muneribus, quaesumus, Domine: ut, cum frequentatione mysterii, crescat nostrae salutis effectus.	Deus, qui nos redemptionis nostrae annua expectatione laetificas: praesta; ut Unigenitum tuum, quem Redemptorem laeti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.	Deus, qui nos redemptionis nostrae annua expectatione laetificas, praesta, ut Unigenitum tuum, quem laeti suscipimus Redemptorem, venientem quoque Iudicem securi videre mereamur, Dominum nostrum, Iesum Christum.
CO 5641	CO 1915	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, sicut adoranda Filii tui natalicia praevenimus, sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes.	Tanto nos, Domine, quaesumus, promptiore servitio haec praecurrere concede sollemnia, quanto in his constare principium nostrae redemptionis ostendis.	
CO 927	CO 5855a	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, Domine: unigeniti Filii tui recensita nativitate respirare; cuius caelesti mysterio pascimur et potamur.	Huius nos, Domine, sacramenti semper natalia instauret, cuius nativitas singularis humanam repulit vetustatem.	Da nobis, quaesumus, Domine, Unigeniti Filii tui recensita nativitate vegetari, cuius caelesti mysterio pascimur et potamur.
CO 904 b	CO 2913	CO 904 ab

Christmas (I)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da, quaesumus; ut, cuius lucis mysteria in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in caelo perfruamur.	Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere, da, quaesumus, ut cuius lucis mysteria in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in coelo perfruamur.	Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere, da, quaesumus, ut, cuius in terra mysteria lucis agnovimus, eius quoque gaudiis perfruamur in caelo.
CO 1653		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Accepta tibi sit, Domine, quaesumus, hodiernae festivitatis oblatio: ut, tua gratia largiente, per haec sacrosancta commercia, in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia.	Grata tibi sit, Domine, quaesumus, hodiernae festivitatis oblatio, ut, per haec sacrosancta commercia, in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia.	
CO 40 a	CO 2736 a	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster: ut, qui Nativitatem Domini nostri Iesu Christi mysteriis nos frequentare gaudemus; dignis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium.	Da nobis, quaesumus, Domine, Deus noster: ut, qui nativitatem Domini nostri Iesu Christi frequentare gaudemus; dignis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium.	Da nobis, quaesumus, Domine Deus noster, ut, qui nativitatem Redemptoris nostri frequentare gaudemus, dignis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium.
CO 935 a		

Christmas (II)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur; hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente.	Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur; hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente.	Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut dum nova incarnati Verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente.
CO 1029		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Munera nostra, quaesumus, Domine, Nativitatis hodiernae mysteriis apta proveniant, et pacem nobis semper infundant: ut, sicut homo genitus idem refulsit et Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat, quod divinum est.	Munera nostra, quaesumus, Domine, nativitatis hodiernae mysteriis apta proveniant: ut, sicut homo genitus idem refulsit et Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat, quod divinum est.	Munera nostra, quaesumus, Domine, nativitatis hodiernae mysteriis apta proveniant, ut sicut homo genitus idem praefulsit et Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat quod divinum est.
CO 3444 b		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Huius nos, Domine, sacramenti semper novitas natalis instauret: cuius Nativitas singularis humanam reppulit vetustatem.	Da nobis, quaesumus, Domine; unigeniti Filii tui recensita nativitate vegetari; cuius caelesti mysterio pascimur et potamur.	Da nobis, Domine, Filii tui nativitatem laeta devotione colentibus, huius arcana mysterii et plena fide cognoscere, et pleniore caritatis ardore diligere.
CO 2913 B	CO 904 b	OV 216

Christmas (III)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet; quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet.		Deus, qui humanae substantiae dignitatem et mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti, da, quaesumus, nobis eius divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps.
CO 778 a		CO 1692 c

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblata, Domine, munera, nova Unigeniti tui Nativitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.	Oblatio tibi sit, Domine, hodiernae festivitatis accepta, qua et nostrae reconciliationis processit perfecta placatio, et divini cultus nobis est indita plenitudo, et via veritatis et vita regni caelestis apparuit.	Oblatio tibi sit, Domine, hodiernae sollemnitatis accepta, qua et nostrae reconciliationis processit perfecta placatio, et divini cultus nobis est indita plenitudo.
CO 3576		CO 3609

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor; ita et immortalitatis sit ipse largitor.	Praesta, misericors Deus, ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor.	
CO 4365		

Sunday in Octave of Christmas (1962 MR)
Holy Family (Schema 186, 1970/2002 MR)²

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare.	Deus, qui Filium tuum Iesum Christum Mariae et Ioseph subditum esse voluisti, ad domesticam vitam ineffabilibus virtutibus consecrandam: fac nos sanctae Familiae exemplis instrui; et consortium consequi sempiternum.	Deus, qui praeclara nobis sanctae Familiae dignatus es exempla praebere, concede propitius, ut, domesticis virtutibus caritatisque vinculis illam sectantes, in laetitia domus tuae praemiis fruamur aeternis.
CO 3830	Br 507	New comp.

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut oculis tuae maiestatis munus oblatum, et gratiam nobis piaev devotionis obtineat, et effectum beatae perennitatis acquirat.	Placationis hostiam offerimus tibi, Domine, suppliciter deprecantes: ut, per intercessionem Deiparae Virginis cum beato Ioseph, familias nostras in pace et gratia tua firmiter constituas.	Hostiam tibi placationis offerimus, Domine, suppliciter deprecantes, ut, Deiparae Virginis beatique Ioseph interveniente suffragio, familias nostras in tua gratia firmiter et pace constituas.
CO 723 A	Br 821	

² For the Holy Family propers in 1962 MR, see Sunday after Epiphany below.

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Per huius, Domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur.	Caelestibus sacramentis roborati et Iesu, Mariae et Ioseph exemplis instructi, supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut familias nostras dexterae tuae perpetuo circumdes auxilio, et ab omni pravitate defensas donis caelestibus prosequaris.	Quos caelestibus reficis sacramentis, fac, clementissime Pater, sanctae Familiae exempla iugiter imitari, ut, post aerumnas saeculi, eius consortium consequamur aeternum.
CO 4180 D	CO 2628 a	Br 956 + 507

St Stephen (26 December)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus. Domine, imitari quod colimus: ut discamus et inimicos diligere; quia eius natalicia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.	Da nobis, quaesumus, Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere, quia eius natalicia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare.	
CO 939 A		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, Domine, munera pro tuorum commemoratione Sanctorum: ut, sicut illos passio gloriosos effecit; ita nos devotio reddat innocuos.	Grata tibi sint, Domine, munera, quaesumus, devotionis hodiernae, quam beati Stephani martyris tui commemoratio gloriosa depromit.	Munera, quaesumus, Domine, tibi sint hodiernae devotionis accepta, quae beati Stephani martyris commemoratio gloriosa depromit.
CO 5821 bB	CO 2728	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Auxilientur nobis, Domine, sumpta mysteria: et, intercedente beato Stephano Martyre tuo, sempiterna protectione confirmant.	Gratias agimus, Domine, multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui et Filii tui nativitate nos salvas, et beati martyris Stephani deprecatione sustentas.	Gratias agimus, Domine, multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui et Filii tui nativitate nos salvas, et beati martyris Stephani celebratione laetificas.
CO 374 D	CO 2753	

St John (27 December)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ecclesiam tuam. Domine, benignus illustra: ut, beati Ioannis Apostoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna.	Ecclesiam tuam, Domine, benignus illustra: ut apostolicis beati Ioannis evangelistae illuminata doctrinis, ad dona perveniat quae de tua fidelibus retributione promisit.	Deus, qui per beatum apostolum Ioannem Verbi tui nobis arcana reserasti, praesta, quaesumus, ut, quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentiae competentis eruditione capiamus.
CO 2416 c	CO 2416 a	CO 1981

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, Domine, munera, quae in eius tibi solemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.	Munus populi tui, Domine, quaesumus, apostolica deprecatione sit gratum, ut Ecclesia tua eorum semper intercessionibus adiuvetur quorum iugiter instruitur disciplinis.	Munera, quaesumus, Domine, oblata sanctifica, et praesta, ut ex huius cenae convivio aeterni Verbi secreta hauriamus, quae ex eodem fonte apostolo tuo Ioanni revelasti.
CO 5797 A	CO 3531	MP 272

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices deprecamur: ut, in cuius haec commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus.	Refecti, Domine, pane caelesti, intercedente beato Ioanne apostola tuo, ad vitam, quaesumus, nutriamur aeternam.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut Verbum caro factum, quod beatus Ioannes apostolus praedicavit, per hoc mysterium quod celebravimus habitet semper in nobis.
CO 4992 C	CO 5001	CO 4569

Holy Innocents (28 December)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, cuius hodierna die praeconium Innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.		Deus, cuius hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, da, quaesumus, ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.
CO 1168		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctorum tuorum, Domine, nobis pia non desit oratio: quae et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat.	Suscipe, Domine, quaesumus, devotorum munera famulorum, et tuis divinis purifica servientes pietate mysteria, quibus etiam iustificas ignorantes.	Suscipe, Domine, quaesumus, devotorum munera famulorum, et eos tuis purifica servientes pietate mysteria, quibus etiam iustificas ignorantes.
CO 5436 aB	CO 5767	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Votiva, Domine, dona percepimus: quae Sanctorum nobis precibus, et praesentis, quaesumus, vitae pariter et aeternae tribue conferre subsidium.	Hodiernae sollemnitatis effectu sumpsimus, Domine, gaudia magna de parvis: suppliciter exorantes, ut, tua inspiratione, gratias tibi pro abundantia nostrae salvationis reddamus.	Salvationis abundantiam tribue, Domine, fidelibus in eorum festivitate tua sancta sumentibus, qui, Filium tuum humana necdum voce profitentes, caelesti sunt gratia pro eius nativitate coronati.
CO 6112 aB	CO 2933 + 632	CO 2933 + 1779 + 192

Octave of the Nativity (1962 MR)
Mary, Mother of God (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui salutis aeternae, beatae Mariae virginitate fecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.		
CO 2113 b		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Muneribus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis: et caelestibus nos munda mysteriis, et clementer exaudi.	Suscipe, Domine, munera nostra quibus gloriosa exercemus commercia, ut offerentes quae dedisti, te ipsum mereamur accipere.	Deus, qui bona cuneta inchoas benignus et perficis, da nobis, de sollemnitate sanctae Dei Genetricis laetantibus, sicut de initiis tuae gratiae gloriamur, ita de perfectione gaudere.
CO 3511 B	CO 2559	CO 1478

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec nos communio, Domine, purget a crimine: et, intercedente beata Virgine Dei Genetrice Maria, caelestis remedii faciat esse consortes..	Praesta, quaesumus, Domine, ut quod Salvatoris nostri iterat a sollemnitate percipimus, perpetuae nobis redemptionis conferat medicinam.	Sumpsimus, Domine, lacti sacramenta caelestia: praesta, quaesumus, ut ad vitam nobis proficiant sempiternam, qui beatam semper Virginem Mariam Filii tui Genetricem et Ecclesiae Matrem profiteri gloriamur.
CO 2841 C	CO 4449 a	CO 3220 + LG 67 + Paul VI (21 Nov 64)

Holy Name of Jesus (1962 MR)
2nd Sun of Christmas (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Iesum vocari iussisti: concede propitius; ut, cuius sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in caelis.	Deus, qui humanae substantiae dignitatem et mirabiliter condidisti et mirabilius reformati: da, quaesumus, nobis Iesu Christi Filii tui divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps.	Omnipotens sempiterne Deus, fidelium splendor animarum, dignare mundum gloria tua implere benignus, et cunctis populis appare per tui luminis claritatem.
Br 457	CO 1692 a	CO 3838

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Benedictio tua, clementissime Deus, qua omnis viget creatura, sanctificet, quaesumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad gloriam nominis Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, offerimus tibi: ut maiestati tuae placere possit ad laudem, et nobis proficere ad salutem.	Concede, quaesumus, Domine, ut oculis tuae maiestatis munus oblatum et gratiam nobis devotionis obtineat, et effectum beatæ perennitatis acquirat.	Oblata, Domine, munera Unigeniti tui nativitate sanctifica, qua nobis et via ostenditur veritatis, et regni caelestis vita promittitur.
Br 79	CO 723	CO 3574 + 3609

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Omnipotens aeterne Deus, qui creasti et redemisti nos, respice propitius vota nostra: et sacrificium salutaris hostiae, quod in honorem nominis Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, maiestati tuae obtulimus, placido et benigno vultu suscipere digneris; ut gratia tua nobis infusa, sub glorioso nomine Iesu, aeternae praedestinationis titulo gaudeamus nomina nostra scripta esse in caelis.</p>	<p>Per huius, Domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur.</p>	<p>Domine Deus noster, suppliciter te rogamus, ut, huius operatione mysterii, vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur.</p>
Br 741	CO 4180	CO 5708

Epiphany (6 Jan)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius; ut, qui iam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur.		
CO 1673		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186 ³	1970/2002 MR
Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus et myrrha profertur; sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sumitur, Iesus Christus Filius tuus, Dominus noster.	Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus et myrrha profertur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sumitur, Iesus Christus.	
CO 2405		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, quae solemni celebramus officio, purificatae mentis intellegentia consequamur.	Caelesti lumine, quaesumus, Domine, semper et ubique nos praeveni, ut mysterium, cuius nos participes esse voluisti, et puro cernamus intuitu, et digno percipiamus affectu.	
CO 4413 A	CO 524	

³ Note: *Nota pro versionibus: Sensus huius orationis est: quod muneribus declaratur (i.e. manifestatur – Iesus Christus), hoc in missa immolatur et sumitur.*

Baptism of the Lord
13 Jan (1962 MR); Sun aft Epiphany (Schema 186, 1970/2002 MR)⁴

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Deus, cuius Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: praesta, quaesumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur.</p>	<p>Deus, cuius Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit: praesta, quaesumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur.</p>	<p>Omnipotens sempiterne Deus, qui Christum, in Iordane flumine baptizatum, Spiritu Sancto super eum descendente, dilectum Filium tuum sollemniter declarasti, concede filiis adoptionis tuae, ex aqua et Spiritu Sancto renatis, ut in beneplacito tuo iugiter perseverent.</p> <p>Vel: Deus, cuius Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit, praesta, quaesumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur.</p>
-	CO 1197 B	New comp. CO 1197 B

⁴The Sunday after Epiphany in 1962 MR is the Feast of the Holy Family, for which the propers are as follows:

C: Domine Iesu Christe, qui, Mariae et Ioseph subditus, domesticam vitam ineffabilibus virtutibus consecrasti: fac nos, utriusque auxilio, Familiae sanctae tuae exemplis instrui; et consortium consequi sempiternum. (= Br 507)

SO: Placationis hostiam offerimus tibi, Domine, suppliciter deprecantes: ut, per intercessionem Deiparae Virginis cum beato Ioseph, familias nostras in pace et gratia tua firmiter constituas. (= Br 821)

PC: Quos caelestibus reficis sacramentis, fac, Domine Iesu, sanctae Familiae tuae exempla iugiter imitari: ut, in hora mortis nostrae, occurrente gloriosa Virgine Matre tua cum beato Ioseph; per te in aeterna tabernacula recipi mereamur. (= Br 956)

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias tibi, Domine, pro nati Filii tui apparitione deferimus, suppliciter exorantes: ut, sicut ipse nostrorum auctor est munerum, ita sit ipse misericors et susceptor, Iesus Christus Dominus noster.		Suscipe munera, Domine, in dilecti Filii tui revelatione delata, ut fidelium tuorum oblatio in eius sacrificium transeat, qui mundi voluit peccata miseratus abluere.
CO 3003		New comp.

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Caelesti lumine, quaesumus, Domine, semper et ubique nos praevieni: ut mysterium, cuius nos participes esse voluisti, et puro cernamus intuitu, et digno percipiamus affectu.	Refectis cibo gratiae et vino calicis sacramenti laetificatis, tribue, quaesumus, Domine, ita dilecti Filii tui documentis erudiri, ut eius gloriae consortes effici mereamur.	Sacro munere satiati, clementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut, Unigenitum tuum fideliter audientes, filii tui vere nominemur et simus.
CO 524 B	from Dold & Eizenhöfer, <i>Das Irische Palimpsestsakramentar im CLM 14429 der Staatsbibliothek München</i> (Texte und Arbeiten, 53/54), no. 42	New comp. + 1 Jn. 3:1

1st Week per annum (1970/2002 MR)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Vota, quaesumus, Domine, supplicantis populi caelesti pietate prosequere, ut et quae agenda sunt videant, et ad implenda quae viderint convalescant.
		CO 6109

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Grata tibi sit, quaesumus, Domine, tuae plebis oblatio, per quam et sanctificationem referat, et quae pie precatur obtineat.
		CO 2739

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas.
		CO 5693 b

2nd Sun aft Epiphany (1962 MR, Schema 186)**2nd Sun *per annum* (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterne Deus, qui caelestia simul et terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi; et pacem tuam nostris concede temporibus.		
CO 3909		

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblata, Domine, munera sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.	Hostias, Domine, suscipe oblatas: quas sanctificando nobis, quaesumus, efficias salutare.	Concede nobis, quaesumus, Domine, haec digne frequentare mysteria, quia, quoties huius hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur.
CO 3576 <i>Cf. CO 3412a</i>	CO 2962	CO 679

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Augeatur in nobis, quaesumus, Domine, tuae virtutis operatio: ut divinis vegetati sacramentis, ad eorum promissa capienda, tuo munere praeparemur.	Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde, ut, quos uno caelesti pane satiasti, una facias pietate concordem.	
CO 357		CO 5521 a

3rd Sun aft Epiphany (1962 MR, Schema 186)**3rd Sun *per annum* (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterna Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuae maiestatis extende.		Omnipotens sempiterna Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare.
CO 3849		CO 3830

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet.	Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et, sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet.	Munera nostra, Domine, suscipe placatus, quae sanctificando nobis, quaesumus, salutaria fore concede.
CO 2811		CO 2962 + 5370

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quos tantis, Domine, largiris uti mysteriis: quaesumus; ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris.		Praesta nobis, quaesumus, omnipotens Deus, ut, vivificationis tuae gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriemur.
CO 4952		CO 4384

4th Sun aft Epiphany (1962 MR, Schema 186)**4th Sun *per annum* (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui nos, in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis; ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adiuvante vincamus.		Concede nobis, Domine Deus noster, ut te tota mente veneremur, et omnes homines rationabili diligamus affectu.
CO 1898		CO 669

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut huius sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat.		Altaribus tuis, Domine, munera nostrae servitutis inferimus, quae, placatus assumens, sacramentum nostrae redemptionis efficias.
CO 749		CO 252

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Munera tua nos, Deus, a delectationibus terrenis expediant: et caelestibus semper instaurent alimentis.	Mensa tua nos, Deus, a delectationibus terrenis expediat, et caelestibus semper instruat alimentis.	Redemptionis nostrae munere vegetati, quaesumus, Domine, ut hoc perpetuae salutis auxilio fides semper vera proficiat.
CO 3321 b	CO 3321 a	CO 4979 B

5th Sun aft Epiphany (1962 MR, Schema 186)**5th Sun *per annum* (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Familiam tuam, quaesumus, Domine, continua pietate custodi, ut, quae in sola spe gratiae caelestis innititur, tua semper protectione muniatur.		
CO 2638 a		

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias tibi, Domine, placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas.		Domine Deus noster, qui has potius creaturas ad fragilitatis nostrae subsidium condidisti, tribue, quaesumus, ut etiam aeternitatis nobis fiant sacramentum.
CO 2998		CO 2281

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per haec mysteria pignus accepimus.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut illius salutis capiamus effectum, cuius per haec mysteria pignus accepimus.	Deus, qui nos de uno pane et de uno calice participes esse voluisti, da nobis, quaesumus, ita vivere, ut, unum in Christo effecti, fructum afferamus pro mundi salute gaudentes.
CO 4887 D	CO 4347	OP 17/4 + Jn. 15:6 + Jn. 17:11

6th Sun aft Epiphany (1962 MR, Schema 186)**6th Sun *per annum* (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, semper rationabilia meditantés, quae tibi sunt placita, et dictis exsequamur, et factis.		Deus, qui te in rectis et sinceris manere pectoribus asseris, da nobis tua gratia tales existere, in quibus habitare digneris.
	CO 4557 a	CO 2128 a

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec nos oblatio, Deus, mundet, quaesumus, et renovet, gubernet et protegat.		Haec nos oblatio, quaesumus, Domine, mundet et renovet, atque tuam exsequentibus voluntatem fiat causa remunerationis aeternae.
	CO 2849 A	CO 2849 + CP 1546

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Caelestibus, Domine, pasti deliciis, quaesumus, ut semper eadem, per quae veraciter vivimus, appetamus.		
CO 536		

Septuagesima (1962)
7th Sun aft Epiphany (Schema 186)
7th Sun per annum (1970/2002)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur.	Deus, qui sacra legis omnia constituta in tua et proximi dilectione posuisti: da nobis horum propitius efficientiam mandatorum; ut tua servantes praecepta, ad vitam pervenire mereamur perpetuam.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut, semper rationabilia meditantes, quae tibi sunt placita, et dictis exsequamur et factis.
CO 4633 b	CO 2055 + 4244	CO 4557 a

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Muneribus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis: et caelestibus nos munda mysteriis, et clementer exaudi.	Deus, qui offerenda tuo nomini tribuis, et oblata devotioni nostrae servitutis adscribis: quaesumus clementiam tuam, ut quod praestas unde sit meritum, proficere nobis largiaris ad praemium.	Mysteria tua, Domine, debitis servitiis exsequentes, supplices te rogamus, ut, quod ad honorem tuae maiestatis offerimus, nobis proficiat ad salutem.
CO 3511 D	CO 4011	CO 3542

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Fideles tui, Deus, per tua dona firmentur: ut eadem et percipiendo requirant, et quaerendo sine fine percipiant.	Satiati munere salutari, tuam, Domine, misericordiam deprecamur: ut hoc eodem sacramento, quo nos temporaliter vegetas, efficias perpetuae vitae participes.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut illius salutis capiamus effectum, cuius per haec mysteria pignus accepimus.
CO 2678 B	CO 5456	CO 4887 + 4347

Sexagesima (1962)
8th Sun aft Epiphany (Schema 186)
8th Sun per annum (1970/2002)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius; ut, contra adversa omnia, Doctoris gentium protectione muniamur.	Laudent te, Domine, ora nostra, laudet anima, laudet et vita: et quia tui muneris est quod sumus, tuum sit omne quod vivimus.	Da nobis, quaesumus, Domine, ut et mundi cursus pacifico nobis tuo ordine dirigatur, et Ecclesia tua tranquilla devotione laetetur.
CO 1496 A	CO 3246	CO 899

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblatum tibi, Domine, sacrificium vivificet nos semper et muniat.	Suscipe, Domine, sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: et praesta, quaesumus; ut huius operatione mundati, bene placitum tibi nostrae mentis offeramus affectum.	Deus, qui offerenda tuo nomini tribuis, et oblata devotioni nostrae servitutis ascribis, quaesumus clementiam tuam, ut, quod praestas unde sit meritum, proficere nobis largiaris ad praemium.
CO 3648 A	CO 5784	CO 4011

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas.	Sacri corporis et sanguinis pretiosi renovati libamine, quaesumus, Domine, clementiam tuam: ut quod frequenti devotione gerimus, certa redemptione capiamus.	Satiati munere salutari, tuam, Domine, misericordiam deprecamur, ut, hoc eodem quo nos temporaliter vegetas sacramento, perpetuae vitae participes benignus efficias.
CO 5693 bA	CO 847	CO 5456

Quinquagesima (1962)
9th Sun aft Epiphany (Schema 186)
9th Sun per annum (1970/2002)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi: atque, a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custodi.	Da nobis, quaesumus, Domine, Deus noster, in tua semper devotione gaudere: quia perpetua est et plena felicitas, si bonorum omnium iugiter serviamus auctori.	Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, et omnia nobis profutura concedas.
CO 4614	CO 934	CO 1188

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet.	Deus, qui mysteriorum tuorum dignanter operaris effectus, praesta, quaesumus, ut sacris apta muneribus fiant nostra servitia.	In tua pietate confidentes, Domine, cum muneribus ad altaria veneranda concurrimus, ut, tua purificante nos gratia, iisdem quibus famulamur mysteriis emundemur.
CO 2811 B	CO 1810	CO 368 + 2572 + 4677 + 5916

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui caelestia alimenta percepimus, per haec contra omnia adversa muniamur.	Fac nos, quaesumus, Domine, caelestium rerum frequentatione proficere; ut et temporalibus beneficiis adiuvemur et erudiamur aeternis.	Rege nos Spiritu tuo, quaesumus, Domine, quos pascis Filii tui Corpore et Sanguine, ut te, non solum verbo neque lingua, sed opere et veritate confitentes, intrare mereamur in regnum caelorum.
CO 4903 B	CO 2703	MP 1768

1st Sunday of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali observatione purificas: praesta familiae tuae; ut, quod a te obtinere abstinento nititur, hoc bonis operibus exsequatur.	Concede nobis, omnipotens Deus, ut, per annua quadragesimalis exercitia sacramenti, et ad intellegendum Christi proficiamus arcanum, et effectus eius digna conversatione sectemur.	
CO 1554	CO 693	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificium quadragesimalis initii solemniter immolamus, te, Domine, deprecantes: ut, cum epularum restrictione carnalium, a noxiis quoque voluptatibus temperemus.	Fac nos, quaesumus, Domine, his muneribus offerendis convenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium.	
CO 5213	CO 2601	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186 ⁵	1970/2002 MR
Tui nos, Domine, sacramenti libatio sancta restauret: et, a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium.	Omnipotens sempiterne Deus, panem hunc, quo fides alitur, spes provehitur et caritas roboratur, nobis ministrare non desinas: ut ipsum, qui est panis vivus et verus, esurire discentes, in omni verba, quod procedit de ore tuo, vivere valeamus.	Caelesti pane relecti, quo fides alitur, spes provehitur et caritas roboratur, quaesumus, Domine, ut ipsum, qui est panis vivus et verus, esurire discamus, et in omni verbo, quod procedit de ore tuo, vivere valeamus.
CO 6001 A	CP 943 + Mt. 4:4 + Jn. 6:51	CP 943 + 501 + 502 + Jn 6:51 + Mt. 4:4

⁵ Schema 186, Corrigenda: corrected from CO 6011 (= Br 1160): *Tui, nos, Domine, sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium.*

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Super populum tuum, Domine, quaesumus, benedictio copiosa descendat, ut spes in tribulatione succrescat, virtus in tentatione firmetur, aeterna redemptio tribuatur.
		CO 5671

Monday in Week 1 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Converte nos, Deus salutaris noster: et, ut nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mentes nostras caelestibus instrue disciplinis.	Converte nos, Deus, salutaris noster: et, ut nobis observantia quadragesimalis proficiat, mentes nostras caelestibus instrue disciplinis.	Converte nos, Deus, salutaris noster, et, ut nobis opus quadragesimale proficiat, mentes nostras caelestibus instrue disciplinis.
CO 830 b		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Munera tibi, Domine, oblata sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.	Accepta tibi sit, Domine, nostrae devotionis oblatio, quae et conversationem nostram, te operante, sanctificet, et indulgentiam nobis tuae propitiationis obtineat.	
CO 3412 aA		CO 35

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Salutaris tui, Domine, munere satiati supplices exoramus: ut, cuius laetamur gustu, renovemur effectu.		Sentiamus, Domine, quaesumus, tui perceptione sacramenti, subsidium mentis et corporis, ut, in utroque salvati, de caelestis remedii plenitudine gloriemur.
CO 5266 d		CO 5471

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Absolve, quaesumus, Domine, nostrorum vincula peccatorum: et, quidquid pro eis meremur, propitiatus averte.	Esto, Domine, propitius plebi tuae: et temporali consolatione non deseras quam vis ad aeterna contendere.	Mentem populi tui, quaesumus, Domine, lumine tuae claritatis illustra, ut videre possit, quae agenda sunt, et, quae recta sunt, agere valeat.
CO 19 B	CO 2447a	CO 3336

Tuesday in Week 1 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Respice, Domine, familiam tuam: et praesta; ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quae se carnis maceratione castigat.		Respice, Domine, familiam tuam, et praesta, ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quae se corporalium moderatione castigat.
CO 5081		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblatis, quaesumus, Domine, placare muneribus: et a cunctis nos defende periculis.	Suscipe, creator, omnipotens Deus, quae ieiunantes de tuae munificentiae largitate deferimus, et pro temporali nobis collata praesidia ad vitam converte propitiatus aeternam.	Suscipe, creator omnipotens Deus, quae de tuae munificentiae largitate deferimus, et temporalia nobis collata praesidia ad vitam converte propitiatus aeternam.
CO 3642 aA	CO 5721	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per haec mysteria pignus accepimus.	Sumentes pignus caelestis arcani, et in terra positi iam superno pane satiati, te, Domine, supplices deprecamur: ut, quod in nobis mystice geritur, veraciter impleatur.	His nobis, Domine, mysteriis conferatur, quo, terrena desideria mitigantes, discamus amare caelestia.
CO 4887 A	CO 5562	CO 2912

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ascendant ad te, Domine, preces nostrae: et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam.	Respice, Domine, propitius ad plebem tuam, et quam divinis tribuis proficere sacramentis, ab omnibus absolve peccatis.	Fideles tui, Deus, benedictione tua firmentur, sis eis in maerore solatium, in tribulatione patientia, in periculo praesidium.
CO 313 A	CO 5090	CO 2678 + Ve 1104 + MP 2531

Ember Wednesday in Lent (1962 MR, Schema 186)
Wednesday in Week 1 of Lent (1970/2002 MR)

1st Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi: et contra cuncta nobis adversantia, dexteram tuae maiestatis extende.		<i>None assigned</i>
CO 4615		

2nd Collect (1962, Schema 186)
Collect (1970/2002)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Devotionem populi tui, quaesumus, Domine, benignus intende: ut, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente.	Devotionem populi tui, quaesumus, Domine, benignus intende, ut, qui per abstinentiam temperantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente.	
CO 2218 A		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias tibi, Domine, placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas.	Offerimus tibi, Domine, quae dicanda tuo nomini tu dedisti, ut, sicut eadem nobis efficis sacramentum, ita fieri tribuas remedium sempiternum.	
CO 2998 C	CO 3692	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tui, Domine, perceptione sacramenti, et a nostris mundemur occultis, et ab hostium liberemur insidiis.	Deus, qui nos sacramentis tuis pascere non desistis: tribue, quaesumus, ut eorum nobis indulta refectio vitam conferat sempiternam.	Deus, qui nos sacramentis tuis pascere non desistis, tribue, ut eorum nobis indulta refectio vitam, quaesumus, conferat sempiternam.
CO 5999 A	CO 1921	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Mentes nostras, quaesumus, Domine, lumine tuae claritatis illustra: ut videre possimus, quae agenda sunt; et, quae recta sunt, agere valeamus.	<p>Super populum tuum, Domine, quaesumus, benedictio copiosa descendat, consolatio tribuatur, fides sancta succrescat, redemptio sempiterna firmetur.</p> <p>Vel: Praesta famulis tuis, Domine, abundantiam protectionis et gratiae, da salutem mentis et corporis, da continua prosperitatis augmenta, et tibi semper fac esse devotes.</p>	Tuere, Domine, populum tuum, et ab omnibus peccatis clementer emunda, quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas.
CO 3336	CO 5671 CO 4363	CO 5980

Thursday in Week 1 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Devotionem populi tui, quaesumus, Domine, benignus intende: ut, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente.	Fac nos, quaesumus, Domine, salutis nostrae causas et devotis semper frequentare servitiis, et devotius recollere principaliter inchoatas.	Largire nobis, quaesumus, Domine, semper spiritum cogitandi quae recta sunt, promptius et agendi, ut, qui sine te esse non possumus, secundum te vivere valeamus.
CO 2218 B	CO 2605	CO 3233 a

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificia, Domine, quaesumus, propensius ista nos salvent, quae medicinalibus sunt instituta ieiuniis.	Sacrificia, Domine, quaesumus, propensius ista nos salvent, quae medicinalibus sunt instituta praeceptis.	Supplicum votis, Domine, esto propitius, et, populi tui oblationibus precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda converte.
CO 5187 a		CO 4694

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tuorum nos, Domine, largitate donorum, et temporalibus attolle praesidiis, et renova sempiternis.	Quaesumus, Domine Deus noster, ut sacrosancta mysteria, quae pro reparationis nostrae munimine contulisti, et praesens nobis remedium esse facias et futurum.	
CO 6009		CO 4831

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, Domine, populis christianis: et, quae profitentur, agnoscere, et caeleste munus diligere, quod frequentant.		Adveniat, quaesumus, Domine, misericordia sperata supplicibus, et eisdem caelestis munificentia tribuatur, qua et recte poscenda cognoscant et postulata percipiant.
CO 988		CO 1227

Ember Friday in Lent (1962 MR, Schema 186)
Friday in Week 1 of Lent (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Esto, Domine, propitius plebi tuae: et, quam tibi facis esse devotam, benigno refove miseratus auxilio.		Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis observationi paschali convenienter aptari, ut suscepta sollemniter castigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat animarum.
CO 2446		CO 981

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, munera nostris oblata servitiis: et tua propitius dona sanctifica.	Sacrificium, Domine, observantiae quadragesimalis, quod offerimus, praesta, quaesumus, ut tibi et mentes nostras reddat acceptas, et continentiae promptioris nobis tribuat facultatem.	Suscipe, Domine, propitius hostias, quibus et te placari voluisti, et nobis salutem potenti pietate restitui.
CO 5825 A	CO 5211	CO 5759 a

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Per huius, Domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur.	Caelestis vitae munere vegetati, quaesumus, Domine, ut, quod est nobis in praesenti vita mysterium, fiat aeternitatis auxilium.	Tui nos, Domine, sacramenti refectio sancta restauret, et, a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium.
CO 4180 A	CO 562	CO 6001

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Exaudi nos, misericors Deus: et mentibus nostris gratiae tuae lumen ostende.	Plebs tua, Domine, quaesumus, benedictionis sanctae munus accipiat, per quod et noxia quaeque declinet et optata reperiat.	Respice, Domine, propitius ad plebem tuam, ut quod eius observantia profitetur extrinsecus, interius operetur.
CO 2525 B	CO 4274	CO 5090 + 4333

Ember Saturday in Lent (1962 MR, Schema 186)**Saturday in Week 1 of Lent (1970/2002 MR)****1st Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Populum tuum, quaesumus, Domine, propitius respice: atque ab eo flagella tuae iracundiae clementer averte.		<i>None assigned</i>
	CO 4294	

2nd Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Protector noster, aspice, Deus: ut, qui malorum nostrorum pondere premimur, percepta misericordia, libera tibi mente famulemur.		<i>None assigned</i>
CO 4748		

3rd Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto, quaesumus. Domine, supplicationibus nostris: ut esse, te largiente, mereamur, et inter prospera humiles, et inter adversa securi.		<i>None assigned</i>
CO 175		

4th Collect (1962, Schema 186)
Collect (1970/2002)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur.	Ad te corda nostra, Pater aeternae, converte: quia nullis necessariis indigebunt, quos tuo cultui praestiteris esse dicatos.	Ad te corda nostra, Pater aeternae, converte, ut nos, unum necessarium semper quaerentes et opera caritatis exercentes, tuo cultui praestes esse dicatos.
CO 4633 bB	CO 84	CO 84 + Lk. 10:42 + Gallia 15/3 [+ MR(1882) PAL 5/10]

5th Collect (1962, Schema 186)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni, et adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.		<i>None assigned</i>
CO 74		

6th Collect (1962, Schema 186)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.		<i>None assigned</i>
CO 2136		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesentibus sacrificiis, quaesumus, Domine, ieiunia nostra sanctifica: ut, quod observantia nostra profitetur extrinsecus, interius operetur.	Haec quae nos reparent, quaesumus, Domine, beata mysteria suo nos munere dignos efficiant.	
CO 4333 B	CO 2871	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis aeterna proveniant.	Perpetuo, Domine, favore prosequere, quos reficis divino mysterio, et, quos imbuisti caelestibus institutis, salutaribus comitare solaciis.	
CO 5392 A	CO 4224	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Fideles tuos, Deus, benedictio desiderata confirmet, quae eos et a tua voluntate numquam faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari.		
CO 2679		

2nd Sunday of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui conspicias omni nos virtute destitui: interius exteriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente.	Deus, qui per Verbum tuum humani generis reconciliationem mirabiliter operaris: praesta, quaesumus; ut sancta continentia tibi toto simus corde subiecti et in tua efficiamur prece concordem.	Deus, qui nobis dilectum Filium tuum audire praecepisti, verbo tuo interius nos pascere digneris, ut, spiritali purificato intuitu, gloriae tuae laetemur aspectu.
CO 1494 A	CO 1998	CP 502 + MP 677

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificiis praesentibus, Domine, quaesumus, intende placatus: ut et devotioni nostrae proficiant, et saluti.	Altaribus tuis, Domine, munera nostrae servitutis inferimus: quae placatus assumens, et acceptum tibi nostrum, quaesumus, famulatum, et sacramentum nostrae redemptionis efficius.	Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta, et ad celebranda festa paschalia fidelium tuorum corpora mentesque sanctificet.
CO 5205 G	CO 252	CO 2811

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas.	Quos reficis, Domine, sacramentis, attolle benignus auxiliis: ut tuae salvationis effectum et mysteriis capiamus et rnoribus.	Percipientes, Domine, gloriosa mysteria, gratias tibi referre satagimus, quod, in terra positos, iam caelestium praestas esse participes.
CO 5693 bB	CO 2938	CO 4209

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Benedic, Domine, fideles tuos benedictione perpetua, et fac eos Unigeniti tui Evangelio sic adhaerere, ut ad illam gloriam, cuius in se speciem Apostolis ostendit, et suspirare iugiter et feliciter valeant pervenire.	
		CO 875 + MP 3141

Monday in Week 2 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut familia tua, quae se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet; sectando iustitiam, a culpa ieiunet.	Deus, qui ob animarum medelam castigare corpora praecepisti: concede ut corda nostra ita pietatis tuae valeant exercere mandata, quatenus ab omnibus possimus semper ubstinere peccatis.	Deus, qui ob animarum medelam castigare corpora praecepisti, concede, ut ab omnibus possimus abstinere peccatis, et corda nostra pietatis tuae valeant exercere mandata.
CO 4542 b	CO 1940	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec hostia, Domine, placationis et laudis tua nos protectione dignos efficiat.	Preces nostras, Domine, propitiatus admitte, et a terrenis effice contagiis expiatis, quos caelestibus tribuis servire mysteriis.	Preces nostras, Domine, propitiatus admitte, et a terrenis effice illecebris liberatos, quos caelestibus tribuis servire mysteriis.
CO 2810 aA	CO 4610	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec nos communio, Domine, purget a crimine: et caelestis remedii faciat esse consortes.	Haec nos communio, Domine, purget a crimine, et caelestis gaudii faciat esse consortes.	
CO 2841		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: et, quibus fiduciam sperandae pietatis indulges; consuetae misericordiae tribue benignus effectum.	Populum tuum, Domine, quaesumus, ad te toto corde converte, quia quos defendis etiam delinquentes, maiore pietate tueris sincera mente devotos.	Confirma, Domine, quaesumus, tuorum corda fidelium, et gratiae tuae virtute corrobora, ut et in tua sint supplicatione devoti, et mutua dilectione sinceri.
CO 182 A	CO 4291	CO 795

Tuesday in Week 2 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Perfice, quaesumus, Domine, benignus in nobis observantiae sanctae subsidium: ut, quae te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus.		Custodi, Domine, quaesumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetua, et quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis et abstrahatur a noxiis, et ad salutaria dirigatur.
CO 4212		CO 875

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctificationem tuam nobis, Domine, his mysteriis operare placatus: quae nos et a terrenis purget vitiis, et ad caelestia dona perducatur.		Sanctificationem tuam nobis, Domine, his mysteriis operare placatus, quae nos et a vitiis terrenis emundet, et ad caelestia dona perducatur.
CO 5391 B		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ut sacris, Domine, reddamur digni muneribus: fac nos tuis, quaesumus, semper obœdire mandatis.	Sacrae nobis, quaesumus, Domine, mensae libatio, et piae conversationis augmentum, et tuae propitiationis continuum praestet auxilium.	Sacrae nobis, quaesumus, Domine, mensae refectio, et piae conversationis augmentum, et tuae propitiationis continuum praestet auxilium.
CO 6048 A	CO 5134 a	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et animarum nostrarum medere languoribus: ut, remissione percepta, in tua semper benedictione laetemur.	Auxiliare, Domine, populo tuo: ut sacrae devotionis proficiat incrementis, et tuo semper munere gubernetur, et ad redemptionis aeternae pertingat te docente consortium.	Propitiare, Domine, supplicationibus tuorum fidelium, et animarum eorum medere languoribus, ut, remissione percepta, in tua semper benedictione laentur.
CO 4679	CO 366	CO 4679

Wednesday in Week 2 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Populum tuum, quaesumus, Domine, propitius respice: et, quos ab escis carnalibus praecipis abstinere, a noxiis quoque vitiis cessare concede.	Conserva, Domine, familiam tuam bonis semper operibus eruditam: et sic praesentibus consolare subsidiis, ut propitius ad superna dona perducas.	Conserva, Domine, familiam tuam bonis semper operibus eruditam, et sic praesentibus consolare praesidiis, ut propitius ad superna dona perducas.
CO 4290	CO 806	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias, Domine, quas tibi offerimus, propitius respice: et per haec sancta commercia, vincula peccatorum nostrorum absolve.	Hostias, Domine, quas tibi offerimus, propitius intuere, et, per haec sancta commercia, vincula peccatorum nostrorum absolve.	
CO 2958 aA		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sumptis, Domine, sacramentis: ad redemptionis aeternae, quaesumus, proficiamus augmentum.	Quaesumus, Domine Deus noster, ut, quod nobis ad immortalitatis pignus esse voluisti, ad salutis aeternae tribuas provenire suffragium.	
CO 5632 d	CO 4827	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum: ut, spiritus tui fervore concepto, et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces.	Familiam tuam, quaesumus, Domine, propitiatus illustra: ut beneplacitis inhaerendo, cuncta quae bona sunt mereatur accipere.	Praesta famulis tuis, Domine, abundantiam protectionis et gratiae, da salutem mentis et corporis, da plenitudinem fraternae caritatis et eos tibi semper fac esse devotos.
CO 1261	CO 2640	CO 4363

Thursday in Week 2 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta nobis, quaesumus, Domine, auxilium gratiae tuae: ut, ieiuniis et orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corporis.	Deus, innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut, Spiritus tui fervore concepto, et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces.	
CO 4372 B	CO 1261	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesenti sacrificio, nomini tuo nos, Domine, ieiunia dicata santificent: ut, quod observantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectus.	Praesenti sacrificio nomini tua nos, Domine, vota dicata sanctificent, ut quod observantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectus.	Praesenti sacrificio, quaesumus, Domine, observantiam nostram sanctifica, ut, quod quadragesimalis exercitatio profitetur exterius, interius operetur effectus.
CO 4333		CO 4328 B

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Gratia tua nos, quaesumus, Domine, non derelinquat: quae et sacrae nos deditos faciat servituti, et tuam nobis opem semper acquirat.		Haec in nobis sacrificia, Deus, et actione permaneant, et operatione firmentur.
CO 2744 a		CO 2828

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto, Domine, famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: ut iis, qui te auctore et gubernatore gloriantur, et congregata restaures, et restaurata conserves.	Adesto, Domine, famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: ut iis, qui te auctore et gubernatore gloriantur, et creata restaures et restaurata conserves.	Adesto, Domine, famulis tuis, implorantibus gratiae tuae auxilium, ut protectionis tuae munimen et regimen obtineant.
CO 95		CO 95 + Ve 1104

Friday in Week 2 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire.	Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, sacro nos purificante ieiunio, sinceribus mentibus ad sancta ventura facias pervenire.	Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut, sacro nos purificante paenitentiae studio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire.
CO 995		CO 1031

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec in nobis sacrificia, Deus, et actione permaneant, et operatione firmentur.		Miseratio tua, Deus, ad haec peragenda mysteria, famulos tuos, quaesumus, et praeveniatur competenter, et devota conversatione perducatur.
CO 2828		CO 3352

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Fac nos, quaesumus, Domine: accepto pignore salutis aeternae, sic tendere congruenter; ut ad eam pervenire possimus.		Accepto, Domine, pignore salutis aeternae, fac nos, quaesumus, sic tendere congruenter, ut ad eam pervenire possimus.
CO 2586		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, Domine, populo tuo salutem mentis et corporis: ut, bonis operibus inhaerendo, tuae semper virtutis mereatur protectione defendi.		Da, quaesumus, Domine, populo tuo salutem mentis et corporis, ut, bonis operibus inhaerendo, tua semper mereatur protectione defendi.
CO 993 a		

Saturday in Week 2 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, Domine, nostris effectum ieiuniis salutarem: ut castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum.	Da, quaesumus, Domine, observantiae nostrae salutarem effectum: ut castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum.	Deus, qui nos gloriosis remediis in terris adhuc positos iam caelestium rerum facis esse consortes, tu, quaesumus, in ista qua vivimus nos vita gubernas, ut ad illam, in qua ipse es, lucem perducas.
CO 986		CO 1889

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
His sacrificiis, Domine, concede placatus: ut, qui propriis oramus absolvi delictis, non gravemur externis.		Per haec veniat, quaesumus, Domine, sacramenta nostrae redemptionis effectus, qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria dona perducatur.
CO 2910		CO 4173

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacramenti tui, Domine, divina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui nos participes potenter efficiat.		Sacramenti tui, Domine, divina perceptio penetralia nostri cordis infundat, et sui nos participes potenter efficiat.
CO 5152		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Familiam tuam, quaesumus, Domine, continua pietate custodi: ut, quae in sola spe gratiae caelestis innititur, caelesti etiam protectione muniatur.	Implorantes, Domine, misericordiam fideles populos propitius intueri: ut, qui de tua pietate confidunt, tuis semper beneficiis gratulentur.	Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus supplicantium, et, ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quae tibi sunt placita postulare.
CO 2638 b	CO 3077	CO 4145

3rd Sunday of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Quaesumus, omnipotens Deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tuae maiestatis extende.</p>	<p><i><u>Pro regionibus ubi viget cathecumenatus</u></i></p> <p>Da, quaesumus, Domine, electis nostris digne atque sapienter ad confessionem tuae laudis accedere: ut dignitate pristina, quam originali transgressione perdidierant, per tuam gloriam reformatur.</p> <p><i><u>Pro caeteris regionibus</u></i></p> <p>Da, quaesumus, Domine, famulis tuis, quos ex aqua et Spiritu Sancto regenerare dignatus es, gratias tibi laudesque persolvere: et, ut plenitudinem adoptionis obtineant, ad tuorum observantiam mandatorum, tu omnium dirige voluntates.</p>	<p>Deus, omnium misericordiarum et totius bonitatis auctor, qui peccatorum remedia in ieiuniis, orationibus et eleemosynis demonstrasti, hanc humilitatis nostrae confessionem propitius intuere, ut, qui inclinamur conscientia nostra, tua semper misericordia sublevemur.</p>
CO 4915 aB	CO 970 CO 6215 + 2763a + 2481a + 1269	CO 1289

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet.</p>	<p>Miseratio tua, Deus, ad haec percipienda mysteria famulos tuos, quaesumus, et praeveniat competenter et devota conversatione perducatur.</p>	<p>His sacrificiis, Domine, concede placatus, ut, qui propriis oramus absolvi delictis, fraterna dimittere studeamus.</p>
CO 2811 C	CO 3352	CO 2910

Postcommunion

1962 MR	Schema 186 ⁶	1970/2002 MR
A cunctis nos, quaesumus. Domine, reatibus et periculis propitiatus absolve: quos tanti mysterii tribuis esse participes.	Tui, nos, Domine, sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterii salutaris faciat transire consortium.	Sumentes pignus caelestis arcani, et in terra positi iam superno pane satiati, te, Domine, supplices deprecamur, ut, quod in nobis mysterio geritur, opere impleatur.
CO 2 B	CO 6001	CO 5562

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Rege, Domine, quaesumus, tuorum corda fidelium, et servis tuis hanc gratiam largire propitiis, ut in tui et proximi dilectione manentes, plenitudinem mandatorum tuorum adimpleant.	
		CO 5024 + 2000

Monday in Week 3 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Cordibus nostris, quaesumus. Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut, sicut ab escis carnalibus abstinemus; ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus.	Cordibus nostris, quaesumus, Domine, benignus infunde: ut sicut ab escis corporalibus temperamus, ita sensus quoque nostros a noxio retrahamus excessu.	Ecclesiam tuam, Domine, miseratio continuata mundet et muniat, et quia sine te non potest salva consistere, tuo semper munere gubernetur.
	CO 839	CO 2418

⁶ Schema 186, Corrigenda: corrected from CO 5456: *Satiati munere salutari tuam, Domine, misericordiam deprecamur: ut hoc eadem sacramento, quo nos temporaliter vegetas, efficias perpetuae vitae participes.*

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Munus quod tibi, Domine, nostrae servitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum.		
CO 3534		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut, quod ore contingimus, pura mente capiamus.	Tui nobis, quaesumus, Domine, communio sacramenti et purificationem conferat, et tribuat unitatem.	
CO 4374 c		CO 6000

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Subveniat nobis, Domine, misericordia tua: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari.	Benedic, Domine, plebem tuam, quae munus tuae miserationis exspectat, et concede, ut quod te inspirante desiderat, te largiente percipiat.	Tueatur, quaesumus, Domine, dextera tua populum deprecantem, et purificatum dignanter erudiat, ut consolatione praesenti ad futura bona proficiat.
CO 5535 bB	CO 5703 + 490	CO 5975 b

Tuesday in Week 3 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus: et continentiae salutaris propitius nobis dona concede.	Exaudi nos, miserator et misericors Deus: et continentiae salutaris propitius nobis dona concede.	Gratia tua ne nos, quaesumus, Domine, derelinquat, quae et sacrae nos deditos faciat servituti, et tuam nobis opem semper acquirat.
CO 2523 b	CO 2523 a	CO 2744 a

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Per haec veniat, quaesumus, Domine, sacramenta nostrae redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria dona perducatur.		Concede nobis, quaesumus, Domine, ut haec hostia salutaris nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuae propitiatio potestatis.
CO 4173		CO 675

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacris, Domine, misteriis expiati: et veniam, quaesumus, consequamur, et gratiam.		Vivificet nos, quaesumus, Domine, huius participatio sancta mysterii, et pariter nobis expiationem tribuat et munimen.
CO 5244		CO 6101 b

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tua nos, Domine, protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi.	Concede, misericors Deus, ut devotus tibi populus semper existat, et de tua clementia quod ei prosit indesinenter obtineat.	Populi tui, Deus, institutor et rector, peccata, quibus impugnatur, expelle, ut semper tibi placitus et tuo munimine sit securus.
CO 5954 A	CO 664	CO 4282

Wednesday in Week 3 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta nobis, quaesumus, Domine: ut salutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus.	Praesta nobis, quaesumus, Domine; ut quadragesimali observantia eruditi, magis tuo verbo quam cibo satiari corporeo desideremus: ut prompta devotione et alacri fide ad ventura sollemnia festinemus.	Praesta, quaesumus, Domine, ut, per quadragesimalem observantiam eruditi et tuo verbo nutriti, sancta continentia tibi simus toto corde devoti, et in oratione tua semper efficiamur concordēs.
CO 4451 b	CO 4451 b + St Leo <i>Tr</i> 40.4	CO 4451 + St Leo <i>Tr</i> 40.4 + CO 1998

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis.		
CO 5833 C		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctificet nos, Domine, qua pasti sumus, mensa caelestis: et, a cunctis erroribus expiatis, supernis promissionibus reddat acceptos.	Sanctificet nos, Domine, qua pasti sumus, mensa caelesti: et a cunctis erroribus expiatis, supernis promissionibus reddat acceptos.	Sanctificet nos, Domine, qua pasti sumus, mensa caelestis, et, a cunctis erroribus expiatis, supernis promissionibus reddat acceptos.
CO 5394 A		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui protectionis tuae gratiam quaerimus, liberati a malis omnibus, segura tibi mente serviamus.	Famulos tuos, quaesumus, Domine, bonis moribus placatus institue; tu in eis quod tibi placitum sit dignanter infunde: ut digne famulantes, tua valeant beneficia promereri.	Tibi placitam, Deus noster, populo tuo tribue voluntatem, quia tunc illi prospera cuncta praestabis cum tuis aptum feceris institutis.
CO 767 B	CO 5939	CO 5892

Thursday in Week 3 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Magnificet te, Domine, sanctorum tuorum Cosmae et Damiani beata solemnitas: qua et illis gloriam sempiternam, et opem nobis ineffabili providentia contulisti.	Deus, qui nos formam humilitatis ieiunando et orando Unigeniti tui imitatione docuisti; concede, quaesumus; ut refrenatione corporalis alimoniae sancta tibi conversatione placeamus.	Maiestatem tuam, Domine, suppliciter imploramus, ut, quanto magis dies salutiferae festivitatis accedit, tanto devotius ad eius celebrandum proficiamus paschale mysterium.
CO 3276 B	CO 1888 + 920 b	CP 543

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
In tuorum, Domine, pretiosa morte iustorum sacrificium illud offerimus, de quo martyrium sumpsit omne principium.	Ut tibi grata sint, Domine, munera populi tui, ab omni, quaesumus, eum contagia perversitatis emunda, nec falsis gaudiis inhaerere patiaris, quos ad veritatis tuae praemia venire promittis.	Ut tibi grata sint, Domine, munera populi tui, ab omni, quaesumus, eum contagio perversitatis emunda, nec falsis gaudiis inhaerere patiaris, quem ad veritatis tuae praemia venire promittis.
CO 3101 B	CO 6051 a	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sit nobis, Domine, sacramenti tui certa salvatio: quae cum beatorum Martyrum tuorum Cosmae et Damiani meritis imploratur.	Percipientes, Domine, gloriosa mysteria, referimus gratias, quod in terra positos, iam caelestium praestas esse participes.	Quos reficis, Domine, sacramentis, attolle benignus auxiliis, ut tuae salvationis effectum et mysteriis capiamus et moribus.
CO 5496 B	CO 4209 + 4188	CO 2938

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Subiectum tibi populum, quaesumus, Domine, propitiatio caelestis amplificet: et tuis semper faciat servire mandatis.		Clementiam tuam imploramus, Domine, in misericordia tua confidentes, ut, sicut nos ex te habemus esse quod sumus, sic per gratiam tuam et bene velle sumamus et bonum posse quod volumus.
CO 5529		CP 540 + CO 1054

Friday in Week 3 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ieiunia nostra, quaesumus, Domine, benigno favore prosequere: ut, sicut ab alimentis abstinemus in corpore; ita a vitiis ieiunemus in mente.	Ieiunia nostra, quaesumus, Domine, benigno favore prosequere: ut, sicut ab alimentis in corpore: ita a vitiis ieiunemus in mente.	Cordibus nostris, quaesumus, Domine, gratiam tuam benignus infunde, ut ab humanis semper retrahamur excessibus, et monitis inhaerere valeamus, te largiente, caelestibus.
CO 3106 c		CO 839 B + CP 393 + CP 246

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Respice, quaesumus, Domine, propitius ad munera, quae sacramus: ut tibi grata sint, et nobis salutaria semper existant.	Respice, quaesumus, Domine, propitius ad munera, quae sacramus, ut tibi grata reddantur, et nobis salutaria semper existant.	Respice, quaesumus, Domine, propitius ad munera, quae sacramus, ut tibi grata reddantur, et nobis salutaria semper existant.
CO 5089 A		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Huius nos, Domine, perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad caelestia regna perducatur.	Mentes nostras et corpora, Domine, quaesumus, operatio tuae virtutis infundat, ut, quod participatione sumpsimus, plena redemptione capiamus.	Mentes nostras et corpora, Domine, quaesumus, operatio tuae virtutis infundat, ut, quod participatione sumpsimus, plena redemptione capiamus.
CO 3019	CO 3334	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia, te adiuvante, vincamus.	Propitiare populo tuo, Deus, ut a suis pravitatibus liberatus, et toto tibi corde deserviat, et sub tua semper protectione consistat.	Implorantes, Domine, misericordiam tuam, fideles tuos propitius intuere, ut, qui de tua pietate confidunt, tuae caritatis dona ubique diffundere valeant.
CO 4531 B	CO 4698	CO 3077 + 368 + 1483

Saturday in Week 3 of Lent

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent; sectando iustitiam, a culpa ieiunent.	Observationis huius annua celebritate laetantes, quaesumus, Domine, ut paschalibus actionibus inhaerentes, plenis eius effectibus gaudeamus.	Observationis huius annua celebritate laetantes, quaesumus, Domine, ut, paschalibus sacramentis inhaerentes, plenis eorum effectibus gaudeamus.
CO 4542 a	CO 3652 b	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut huius sacrificii munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat.	Deus, de cuius gratiae rore descendit, ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus: praesta, quaesumus; ut in eorum traditione sollemniter honoranda competens deferamus obsequium.	Deus, de cuius gratia venit, ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus, praesta, quaesumus, ut, in eorum traditione sollemniter honoranda, competens deferamus obsequium.
CO 749 C	CO 1201	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, omnipotens Deus: ut inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, et sanguini.		Da nobis, quaesumus, misericors Deus, ut sancta tua, quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequiis, et fideli semper mente sumamus.
CO 4889		CO 919

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praetende, Domine, fidelibus tuis dexteram caelestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quae digne postulant consequi mereantur.		
CO 4587 c		

4th Sunday of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui ex merito nostrae actionis affligimur, tuae gratiae consolatione respiremus.	Omnipotens sempiternae Deus, Ecclesiam tuam spiritali iucunditate multiplica, ut qui sunt generatione terreni, fiant regeneratione caelestes.	Deus, qui per Verbum tuum humani generis reconciliationem mirabiliter operaris, praesta, quaesumus, ut populus christianus prompta devotione et alacri fide ad ventura sollemnia valeat festinare.
CO 760	CO 3833	CO 1998 + St Leo <i>Tr</i> 40.4

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificiis praesentibus, Domine, quaesumus, intende placatus: ut et devotioni nostrae proficiant, et saluti.	Remedii sempiterni munera, Domine, laetantes offerimus, suppliciter exorantes, ut eadem nos et digne venerari et pro salvandis congruenter exhibere perficias.	Remedii sempiterni munera, Domine, laetantes offerimus, suppliciter exorantes, ut eadem nos et fideliter venerari, et pro salute mundi congruenter exhibere perficias.
CO 5205 H	CO 5026	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, misericors Deus: ut sancta tua, quibus incessanter explemur, sinceris tractemus obsequiis, et fidei semper mente sumamus.		Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina, quaesumus, corda nostra gratiae tuae splendore, ut digna ac placita maiestati tuae cogitare semper, et te sincere diligere valeamus.
CO 919		CO 1721

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Tuere, Domine, supplices tuos, sustenta fragiles, et inter tenebras mortalium ambulantes tua semper luce vivifica, atque a malis omnibus clementer ereptos, ad summa bona pervenire concede.	
		CO 5985

Monday in Week 4 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, observationes sacras annua devotione recolentes, et corpore tibi placeamus, et mente.		Deus, qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis, praesta, quaesumus, ut Ecclesia tua et aeternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis.
CO 4442		CO 1752

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblatum tibi, Domine, sacrificium vivificet nos semper et muniat.	Dicatae tibi, Domine, quaesumus, capiamus oblationis effectum: ut a terrenae conversatione vetustatis mundati, caelestis vitae profectibus innovemur.	Dicatae tibi, Domine, quaesumus, capiamus oblationis effectum, ut, a terrenae vetustatis conversatione mundati, caelestis vitae profectibus innovemur.
CO 3648 B		CO 2225

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sumptis, Domine, salutaribus sacramentis: ad redemptionis aeternae, quaesumus, proficiamus augmentum.	Sancta tua nos, Domine, quaesumus, et vivificando renorent, et renovando vivificent.	Sancta tua nos, Domine, quaesumus, et renovando vivificent, et sanctificando ad aeterna perducant.
CO 5632 e		CO 5298

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deprecationem nostram, quaesumus, Domine, benignus exaudi: et, quibus supplicandi praestas affectum, tribue defensionis auxilium.	Visita, quaesumus, Domine, plebem tuam, et corda sacris dicata mysteriis pietate tuere pervigili: ut remedia salutis aeternae, quae te miserante percipit, te protegente custodiat.	Plebem tuam, Domine, quaesumus, interius exteriusque restaura, ut quam corporeis non vis delectationibus impediri, spiritali facias vigere proposito.
CO 1067 A	CO 6086 b	CO 4262

Tuesday in Week 4 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrae nobis, quaesumus, Domine, observationis ieiunia: et piae conversationis augmentum, et tuae propitiationis continuum praestent auxilium.	Exercitatio veneranda, Domine, sanctae devotionis populi tui corda disponat: ut et dignis mentibus suscipiat paschale mysterium et salvationis tuae sumat augmentum.	Exercitatio veneranda sanctae devotionis, Domine, tuorum fidelium corda disponat, ut et dignis mentibus suscipiant paschale mysterium, et salvationis tuae nuntient praeconium.
CO 5134 bB	CO 2560 + 3397	CO 2560 + SC 9 [+ CP 535]

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec hostia, Domine, quaesumus, emundet nostra delicta: et, ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet.	Offerimus tibi, Domine, munera quae dedisti, ut et creationis tuae circa mortalitatem nostram testificentur auxilium, et remedium nobis immortalitatis operentur.	
CO 2811 D	CO 3685	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Huius nos, Domine, perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad caelestia regna perducatur.	Prosint nobis, Domine, frequentata mysteria, quae nos et a cupiditatibus terrenis expediant, et instituant amare caelestia.	Purifica, quaesumus, Domine, mentes nostras benignus, et renova caelestibus sacramentis, ut consequenter et corporum praesens pariter et futurum capiamus auxilium.
CO 3019 C	CO 4718	CO 4775

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Miserere, Domine, populo tuo: et, continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare concede.	Miserere iam, quaesumus, Domine, populo tuo, et continuis tribulationibus laborantem celeri propitiatione laetifica.	Concede, misericors Deus, ut devotus tibi populus semper existat, et de tua clementia, quod ei prosit, indesinenter obtineat.
CO 3358 a	CO 3358 b	CO 664

Wednesday in Week 4 of Lent**1st Collect (1962 MR, Schema 186)****Collect (1970/2002 MR)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
1st: Deus, qui et iustis praemia meritorum, et peccatoribus per ieiunium veniam praebes: miserere supplicibus tuis; ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum.	1st: Deus, qui et iustis praemia meritorum, et peccatoribus per ieiunium veniam praebes: miserere supplicibus tuis; ut reatus nostri confessio, indulgentiam valeat percipere delictorum.	Deus, qui et iustis praemia meritorum et peccatoribus veniam per paenitentiam praebes, tuis supplicibus miserere, ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum.
CO 3934 [Greg. rec.]	CO 3934 [Greg. rec.]	CO 3934 [Greg. rec.]

2nd Collect (1962 MR, Schema 186)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
2nd: Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, quos ieiunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta laetificet; ut, terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus.	2nd: Deus, qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis: praesta, quaesumus; ut Ecclesia tua et aeternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis.	<i>None assigned</i>
CO 4548 B	CO 1752	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut his sacrificiis peccata nostra mundentur; quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatem.	Huius sacrificii potentia, Domine, quaesumus, et vetustatem nostram clementer abstergat, et novitatem nobis augeat et salutem.	
CO 5684 b		CO 3023

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacramenta, quae sumpsimus, Domine Deus noster: et spiritualibus nos repleant alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis.	Sacramentorum tuorum benedictione satiati, quaesumus, Domine: ut per haec semper emundemur a vitiis et periculis exuamur.	Caelestia dona capientibus, quaesumus, Domine, non ad iudicium provenire patiaris, quae fidelibus tuis ad remedium providisti.
CO 5145 b	CO 5165 a	CO 533

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus supplicantium: et, ut petentibus desiderata concedas; fac eos, quae tibi sunt placita, postulare.	Da plebi tuae, Domine, piaie semper devotionis affectum: ut quae prava sunt respuens, sancta conversatione firmetur, et a peccatis libera nullis adversitatibus atteratur.	Famuli tui, Domine, pietatis tuae protectione muniantur, ut bonum in hoc saeculo facientes, ad te, summum bonum, perveniant.
CO 4145 B	CO 963	CO 77 + 5985 + Mt. 19:17 + Tit. 2:12-13

Thursday in Week 4 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, quos ieiunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta laetificet; ut, terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus.	Deus, omnium misericordiarum ac totius bonitatis auctor, qui peccatorum remedia in ieiuniis, orationibus et eleemosinis demonstrasti: respice propitius in hanc humilitatis nostrae confessionem; ut qui inclinamur conscientia nostra, tua semper misericordia erigamur.	Clementiam tuam, Domine, supplici voto deposcimus, ut nos famulos tuos, paenitentia emendatos et bonis operibus eruditos, in mandatis tuis facias perseverare sinceros, et ad paschalia festa pervenire illaesos.
CO 4548 C	CO 1289	CP 402

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Purifica nos, misericors Deus: ut Ecclesiae tuae preces, quae tibi gratiae sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores.		Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut huius sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat.
CO 4779		CO 749

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Caelestia dona capientibus, quaesumus, Domine: non ad iudicium provenire patiaris, quae fidelibus tuis ad remedium providisti.	Caelestia dona capientibus, quaesumus, Domine: non ad iudicium provenire patiaris, quae fidelibus tuis ad remedium providisti.	Purificent nos, quaesumus, Domine, sacramenta quae sumpsimus, et famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede, ut, qui conscientiae reatu constringuntur, caelestis remedii plenitudine glorientur.
CO 533		CO 4784

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Populi tui, Deus, institutor et rector, peccata, quibus impugnatur, expelle: ut semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus.	Populi tui, Deus, institutor et rector, peccata, quibus impugnare, expelle: ut semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus.	Protector in te sperantium, Deus, benedic populum tuum, salva, tuere, dispone, ut, a peccatis liber, ab hoste securus, in tuo semper amore perseveret.
CO 4282		CO 4744

Friday in Week 4 of Lent

Collect⁷

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui ineffabilibus mundum renovas sacramentis: praesta, quaesumus; ut Ecclesia tua et aeternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis.		Deus, qui fragilitati nostrae congrua subsidia praeparasti, concede, quaesumus, ut suae reparationis effectum et cum exultatione suscipiat, et pia conversatione recenseat.
CO 1752		CP 1506 + CO 733

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Munera nos, Domine, quaesumus, oblata purificent: et te nobis iugiter faciant esse placatum.		Haec sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium.
CO 3439		CO 2875 a

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec nos, quaesumus, Domine, participatio sacramenti: et a propriis reatibus indesinenter expediat, et ab omnibus tueatur adversis.	Da, misericors Deus: ut haec salutaris oblatio et a propriis nos reatibus indesinenter expediat, et ab omnibus tueatur adversis.	Praesta, quaesumus, Domine, ut, sicut de praeteritis ad nova transimus, ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur.
CO 2853		CO 4455 b

⁷ Schema 186: Correction from Br 873 (= CO 4548).

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui infirmitatis nostrae consci, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus.	Adesto, Domine, populis qui sacra mysteria contigerunt, ut nullis periculis affligantur qui te protectore confidunt..	Respice, Domine, super famulos tuos, et in tua misericordia confitentes caelesti protege benignus auxilio.
CO 1028 A	CO 109	CO 5102

Saturday in Week 4 of Lent**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Fiat, Domine, quaesumus, per gratiam tuam fructuosus nostrae devotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tuae sint placita pietati. Per Dominum.	Deus, qui fragilitati nostrae congrua praeparasti subsidia: concede, quaesumus; ut suae reparationis effectum et pia conversatione recenseat et cum exultatione suscipiat.	Dirigat corda nostra, quaesumus, Domine, tuae miseracionis operatio, quia tibi sine te placere non possumus..
CO 2673 bB	CP 1506 + CO 733	CO 2234

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Oblationibus nostris, quaesumus, Domine, placare susceptis, et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates.		
CO 3629		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tua nos, quaesumus, Domine, sancta purificent, et operatione sua tibi placitos esse perficiant.		
CO 5962 a	CO 5962 c	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala, quae fecimus; ut tuae consolationis gratiam invenire mereamur.	Plebem tuam, Domine, quaesumus, interius exteriusque restaura: ut quam corporeis non vis delectationibus impediri, spiritali facias vigere proposito; et sic rebus foveas transitoris, ut tribuas potius inhaerere perpetuis.	Tuere, Domine, plebem tuam, ad sacra ventura properantem et caelestis gratiae largitate prosequere, ut visibilibus adiuta solaciis ad invisibilia bona promptius incitetur.
CO 2114 B	CO 4262	CO 5979

Passion Sunday (1962 MR)
5th Sunday of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: ut, te largiente, regatur in corpore; et, te servante, custodiatur in mente.	<p><i><u>Pro regionibus ubi viget cathecumenatus</u></i></p> <p>Concede, Domine, electis nostris, ut sanctis edocti mysteriis, et renoventur fonte baptismatis et inter Ecclesiae tuae membra numerentur.</p> <p><i><u>Pro caeteris regionibus</u></i></p> <p>Concede, Domine, famulis tuis: ut, sanctis edocti mysteriis, et fonte baptismatis renovati, ad promissiones tuas te inspirante currant, te gubernante perveniant.</p>	Quaesumus, Domine Deus noster, ut in illa caritate, qua Filius tuus diligens mundum morti se tradidit, inveniamur ipsi, te opitulante, alacriter ambulantes.
CO 4856 A	CO 658 CO 658 + 4954	CO 591

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec munera, quaesumus, Domine, et vincula nostrae pravitatis absolvant, et tuae nobis misericordiae dona concilient.	<p><i><u>Pro regionibus ubi viget cathecumenatus</u></i></p> <p>Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, quos fidei christianae primitiis imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundari.</p> <p><i><u>Pro caeteris regionibus</u></i></p> <p>Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, quos supernibus eruditionibus imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundari.</p>	Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, quos fidei christianae eruditionibus imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundari.
CO 2814 cA	CO 2528	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto nobis, Domine Deus noster: et quos tuis mysteriis recreasti, perpetuis defende subsidiis.	Mentes nostras et corpora, Domine, quaesumus, operatio tuae virtutis infundat: ut, quod participatione sumpsimus, plena redemptione capiamus.	Quaesumus, omnipotens Deus, ut inter eius membra semper numeremur, cuius Corpori communicamus et Sanguini.
CO 159 B	CO 3334	CO 4889

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Benedic, Domine, plebem tuam, quae munus tuae miserationis expectat, et concede, ut, quod, te inspirante, desiderat, te largiente percipiat.
		CO 490 + 5703

Monday in Passion Week (1962 MR)**Monday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctifica, quaesumus, Domine, nostra ieiunia: et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum.	Deus, per cuius ineffabilem gratiam omni benedictione ditamur, praesta nobis ita in novitatem a vetustate transire, ut regni caelestis gloriae praeparemur.	
CO 5373 b		St Leo, <i>Tr</i> 61.5

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede nobis, Domine Deus noster: ut haec hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuae propitiatio maiestatis.	Concede nobis, Domine, quaesumus, ut celebraturi sancta mysteria, non solum abstinentiam corporalem, sed, quod est potius, habeamus mentium puritatem.	Concede nobis, Domine, quaesumus, ut, celebraturi sancta mysteria, tamquam paenitentiae corporalis fructum, laetam tibi exhibeamus mentium puritatem.
CO 675 b	CO 668 b	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacramenti tui, quaesumus, Domine, participatio salutaris, et purificationem nobis tribuat, et medelam.	Sacramentorum tuorum benedictione roborati, quaesumus, Domine, ut per haec semper emundemur a vitiis, et per sequelam Christi ad te festinanter gradiamur.	
CO 5157 a	CO 5165 + 1576 [+ LG 40, 41, 42]	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, Domine, populo tuo salutem mentis et corporis: ut, bonis operibus inhaerendo, tua semper mereatur protectione defendi.	Familia tua, Deus, et ad celebranda principia suae redemptionis desideranter occurrat, et eius dona perseveranter acquirat.	Libera, Domine, quaesumus, a peccatis tibi populum supplicansem, ut in sancta conversatione vivens nullis affligatur adversis.
CO 993 aB	CO 2620	CO 3257 a

Tuesday in Passion Week (1962 MR)
Tuesday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Nostra tibi, Domine, quaesumus, sint accepta ieiunia: quae nos et expiando gratia tua dignos efficiant; et ad remedia perducant aeterna.	Da nobis, quaesumus, Domine, perseverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi serviens augeatur.	
CO 3562	CO 906 B	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias tibi, Domine, deferimus immolandas: quae temporalem consolationem significant; ut promissa non desperemus aeterna.	Hostias tibi, Domine, deferimus immolandas: qui temporali consolatione significas, ut promissa non desperemus aeterna.	Hostias tibi, Domine, placationis offerimus, ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas.
CO 2985 b	CO 2985 a	CO 2998

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, quae divina sunt, iugiter exsequentes, donis mereamur caelestibus propinquare.	Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut, quae divina sunt iugiter ambientes, donis semper mereamur caelestibus propinquare.	
CO 1023 b	CO 1023 a	

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da nobis, quaesumus, Domine: perseverantem in tua voluntate famulatum; ut in diebus nostris, et merito et numero, populus tibi serviens augeatur.	Libera, Domine, quaesumus, a peccatis et hostibus tibi populum supplicantem: ut in sancta conversatione viventes nullis affligantur adversis.	Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci, da fidelibus tuis digne flere mala, quae fecerunt, ut tuae consolationis gratiam invenire mereantur.
CO 906 B	CO 3257 a	CO 2114

Wednesday in Passion Week (1962 MR)Wednesday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctificato hoc ieiunio, Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra: et, quibus devotionis praestas affectum, praebe supplicantibus pium benignus auditum.	Sanctificata ieiunio tuorum corda filiorum, Deus, miserator illustra: et quibus devotionis praestas affectum, praebe supplicantibus pium benignus auditum.	Sanctificata per paenitentiam tuorum corda filiorum, Deus miserator, illustra, et, quibus praestas devotionis affectum, praebe supplicantibus pium benignus auditum.
CO 5387 c	CO 5387 ab	CO 5387 b

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Annue, misericors Deus: ut hostias placationis et laudis sincero tibi deferamus obsequio.	Tibi, Domine, sacrificia dicata reddantur, quae sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti, ut eadem remedia fieri nostra praestares.	
CO 269		CO 5889

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Caelestis doni benedictione percepta: supplices te, Deus omnipotens, deprecamur; ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit, et salutis.	Vegetet nos, Domine, semper et innovet tuae mensae sacrata libatio, quae fragilitatem nostram gubernet et protegat, et in portum perpetuae salutis inducat.	Caelestem nobis, Domine, praebeant sumpta mysteria medicinam, ut et vitia nostri cordis expurgent, et sempiterna nos protectione confirmet.
CO 554 eA	CO 6056 ab	CO 519 + 374

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus: et, quibus fiduciam sperandae pietatis indulges; consuetae misericordiae tribue benignus effectum.	Gregem tuum, pastor bone, placatus intende, et oves, quas pretioso sanguine Filii tui redemisti, diabolica non sinas incursione lacerari.	Adesto supplicationibus populi tui, omnipotens Deus, et, quibus fiduciam sperandae pietatis indulges, consuetae misericordiae tribue benignus effectum.
CO 182 B	CO 2774	CO 182

Thursday in Passion Week (1962 MR)**Thursday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut dignitas condicionis humanae, per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimoniae studio reformetur.	Adesto, Domine, supplicibus tuis, et spem suam in tua misericordia collocantes tuere propitius, ut, a peccatorum labe mundati, in sancta conversatione permaneant, et promissionis tuae perficiantur heredes.	
CO 4486		CO 154

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Domine Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrae subsidium condidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue, quaesumus; ut et vitae nobis praesentis auxilium, et aeternitatis efficiant sacramentum.		Sacrificiis praesentibus, quaesumus, Domine, placatus intende, ut et conversioni nostrae proficiant et totius mundi saluti.
CO 2281		CO 5205

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.	Concede nobis, omnipotens Deus, ut, fermento veteris malitiae abiecto, de ipso Filio tuo inebriemur et pascamur, et in id quod sumimus transeamus.	Satiati munere salutari, tuam, Domine, misericordiam deprecamur, ut hoc eodem sacramento, quo nos temporaliter vegetas, efficias perpetuas vitae participes.
CO 4931 aB	St Leo, <i>Sermo</i> 63 (PL 54, 357C)	CO 5456

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Esto, quaesumus, Domine, propitius plebi tuae: ut, quae tibi non placent, respuentes; tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum.	Esto, quaesumus, Domine, propitius plebi tuae, ut de die in diem quae tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum.	Esto, quaesumus, Domine, propitius plebi tuae, ut, de die in diem, quae tibi non placent respuens, tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum.
CO 2450 bC	CO 2450 a + bA	CO 2450 a

Friday in Passion Week (1962 MR)
Friday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Cordibus nostris, quaesumus, Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut, peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicii deputemur aeternis.	Cordibus nostris, Domine, benignus infunde: ut, peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicii deputemur aeternis.	Absolve, quaesumus, Domine, tuorum delicta populorum, ut a peccatorum nexibus, quae pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Vel: Deus, qui Ecclesiae tuae in hoc tempore tribuis benigne, beatam Mariam in passione Christi contemplanda devote imitari, da nobis, quaesumus, eiusdem Virginis intercessione, Unigenito Filio tuo firmius in dies adhaerere et ad plenitudinem gratiae eius demum pervenire.
CO 838		CO 20 New [<i>presumably inspired by CO 1238</i>]

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta nobis, misericors Deus, ut digne tuis servire semper altaribus mereamur, et eorum perpetua participatione salvari.		
CO 4377		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sumpti sacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cuncta depellat.		Sumpti sacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non relinquat, et noxia semper a nobis cuncta depellat.
CO 5614 D		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui protectionis tuae gratiam quaerimus, liberati a malis omnibus, segura tibi mente serviamus.	Adveniat, quaesumus, Domine, misericordia sperata supplicibus, et eisdem caelestis munificentia tribuatur, qua et recte poscenda cognoscant et postulata percipiant.	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut famuli tui, qui protectionis tuae quaerunt gratiam, liberati a malis omnibus, segura tibi mente serviant.
CO 767 C	CO 227	CO 767 C

Saturday in Passion Week (1962 MR)**Saturday in Week 5 of Lent (Schema 186, 1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	2002 MR ⁸
Proficiat, quaesumus, Domine, plebs tibi dicata piae devotionis affectu: ut, sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuae fit gratior, tanto donis potioribus augeatur.	Absolve, quaesumus, Domine, tuorum delicta populorum: ut a peccatorum nexibus, quae pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur.	Deus, qui omnes in Christo renatos genus electum et regale sacerdotium fecisti, da nobis et velle et posse quod praecipis, ut populo ad aeternitatem vocato una sit fides cordium et pietas actionum.
CO 4663 C	CO 20	CO 1950

⁸ 1970 MR: *Deus, qui, licet salutem hominum semper operaris, nunc tamen populum tuum gratia abundantiore laetificas, respice propitius ad electionem tuam, ut piae protectionis auxilium et regenerandos muniat et renatos (= CO 1516).*

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	2002 MR ⁹
A cunctis nos, quaesumus, Domine, reatibus et periculis propitiatus absolve: quos tanti mysterii tribuis esse consortes.	Offerimus tibi, Domine, pro salute mundi hostiem singularem, qua, Sancti Spiritus operante virtute, sacrificium nostrum corpus et sanguis est ipsius sacerdotis, Dominum nostrum Iesum Christum.	Accepta tibi sint, Domine, quaesumus, nostri dona ieiunii, quae expiando nos tuae gratiae dignos efficiant et ad sempiterna promissa perducant.
CO 2 C	CO 3530 + St Leo, <i>Sermo</i> 68 (PL 54, 374C)	CO 31

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Divini muneris largitate satiati, quaesumus, Domine Deus noster: ut huius semper participatione vivamus.	Maiestatem tuam, Domine, suppliciter deprecamur, ut, sicut nos Corporis et Sanguinis sacrosancti pascis alimento, ita divinae naturae facias esse consortes.	
CO 2250 C		CO 3283

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tueatur, quaesumus, Domine, dextera tua populum deprecantem: et purificatum dignanter erudiat; ut, consolatione praesenti, ad futura bona proficiat.	Miserere, Domine, deprecantis Ecclesiae tuae, et inclinantibus tibi sua corda propitiatus intende, ut, quos Unigeniti Filii tui morte redemisti, nec peccatis fieri permittas obnoxios, nec opprimi patiaris adversis.	
CO 5975 b		CO 3356 + Ben 432a

⁹ 1970 MR: *Omnipotens sempiterne Deus, qui nos ad aeternum vitam in confessione tui nominis baptismatis reparas sacramento, suscipe tuorum munera et vota famulorum, ut in te sperantium et desideria inbeas perfici et peccata deleri* (= CO 3993).

Palm Sunday

Blessing of Palms

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Benedic, quaesumus, Domine, hos palmarum (<i>seu</i> olivarum <i>aut</i> aliarum arborum) ramos: et praesta; ut, quod populus tuus in tui venerationem hodierno die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando et opus misericordiae summopere diligendo.</p>	<p><i>Pro orationibus in benedictione palmarum, exspectandae sunt decisiones Coetus competentis.</i></p>	<p>Omnipotens sempiterne Deus, hos palmites tua benedictione + sanctifica, ut nos, qui Christum Regem exsultando prosequimur, per ipsum valeamus ad aeternam Ierusalem pervenire.</p> <p>Vel: Auge fidem in te sperantium, Deus, et supplicum preces clementer exaudi, ut, qui hodie Christo triumphanti palmites exhibemus, in ipso fructus tibi bonorum operum afferamus.</p>
Br 78		<p>New comp. [cf. <i>Ordo Romanus</i> I, XXIII, 16-20]</p> <p>Cf. <i>Ordo Romanus</i> I, XXIII, 16-20</p>

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi, ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem subire fecisti, concede propitius, ut et patientiae ipsius habere documenta et resurrectionis consortia mereamur.</p>		
CO 1699 A		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus. Domine: ut oculis tuae maiestatis munus oblatum, et gratiam nobis devotionis obtineat, et effectum beatae perennitatis acquirat.	Per Unigeniti tui passionem placatio tua nobis, Domine, sit propinqua, quam, etsi nostris operibus non meremur, interveniente sacrificio singulari, tua percipiamus miseratione praeventi.	
CO 723 B		CO 4249

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Per huius, Domine, operationem mysterii: et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur.	Sacro munere satiati, supplices te, Domine, deprecamur, ut, qui fecisti nos morte Filii tui sperare quod credimus, facias nos, eodem resurgente, pervenire quo tendimus.	
CO 4180 B		CO 5251 + 1319

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>		Respice, quaesumus, Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.
		CO 5104

Monday of Holy Week

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Da, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus; intercedente unigeniti Filii tui passione respiremus.		Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui ex nostra infirmitate deficimus, intercedente Unigeniti Filii tui passione, respiremus.
CO 1027		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium.		Respice, Domine, propitius sacra mysteria quae gerimus, et, quod ad nostra evacuanda praeiudicia misericors praevidisti, vitam nobis tribue fructificare perpetuam.
CO 2875 aB		CO 5094

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praebeant nobis, Domine, divinum tua sancta fervorem: quo eorum pariter et actu delectemur et fructu.		Visita, quaesumus, Domine, plebem tuam, et corda sacris dicata mysteriis pietate tuere pervigili, ut remedia salutis aeternae, quae te miserante percipit, te protegente custodiat.
CO 4311		CO 6086 b

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adiuva nos, Deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes.	Purifica, quaesumus, Domine, familiam tuam, et ab omnibus contagiis pravitatis emunda: ut Filii tui passione redemptam, non spiritus immundus rursus inficiat, sed salvatio sempiterna possideat.	Defensio tua, Domine, quaesumus, adsit humilibus, et iugiter protegat in tua misericordia confidentes, ut, ad festa paschalia celebranda, non solum observantiam corporalem, sed, quod est potius, habeant mentium puritatem.
CO 188 aB	CO 4774 b	CO 1054 + 668 a + CP 1237

Tuesday of Holy Week

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterne Deus, da nobis ita dominicae passionis sacramenta peragere, ut indulgentiam percipere mereamur.		
CO 3821		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificia nos, quaesumus, Domine, propensius ista restaurent: quae medicinalibus sunt instituta ieiuniis.	Intende, quaesumus, Domine, hostias familiae tuae, et quam sacris muneribus facis esse participem, tribuas ad eorum plenitudinem pervenire.	Hostias familiae tuae, quaesumus, Domine, placatus intende, et, quam sacris muneribus facis esse participem, tribuas ad eorum plenitudinem pervenire.
CO 5187 bB	CO 3150	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus: et vitia nostra curentur, et remedia nobis sempiterna proveniant.	Repleti, Domine, sacri muneris gratia, supplices exoramus: ut quae gustu corporeo dulci veneratione contegimus, dulciora mentibus capiamus.	Satiati munere salutari, tuam, Domine, misericordiam deprecamur, ut hoc eodem sacramento, quo nos voluisti temporaliter vegetari, perpetuae vitae facias esse participes.
CO 5932 B	CO 5060	CO 5456

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tua nos misericordia, Deus, et ab omni subreptione vetustatis expurget, et capaces sanctae novitatis efficiat.	Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter expectare ventura: ut mysteriis quibus renati sunt permanentes, ad novam vitam his operibus perducantur.	Tua misericordia, Deus, populum tibi subditum et ab omni subreptione vetustatis expurget, et capacem sanctae novitatis efficiat.
CO 5960 aA	CO 978	CO 5960 a

Wednesday of Holy Week**1st Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui nostris excessibus incessanter affligimur, per unigeniti Filii tui passionem liberemur.		<i>None assigned</i>
	CO 4534	

**2nd Collect (1962 MR, Schema 186)
Collect (1970/2002 MR)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis; ut resurrectionis gratiam consequamur.		
CO 2032 A		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, munus oblatum, et dignanter operare: ut, quod passionis Filii tui Domini nostri mysterio gerimus, piis affectibus consequamur.	Suscipe, quaesumus, Domine, munus oblatum, et dignanter operare, ut, quod gerimus Filii tui mysterio passionis, piis effectibus consequamur.	
CO 5824 aA		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Largire sensibus nostris, omnipotens Deus, ut per temporalem Filii tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus.		
CO 3243		

Super populum

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Respice, quaesumus, Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.	Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter exspectare dona ventura, ut, mysteriis quibus renati sunt permanentes, ad novam vitam his operibus perducantur.	
CO 5104	CO 978	

Maundy Thursday: Chrism Mass

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Domine Deus, qui in regenerandis plebibus tuis ministerio uteris sacerdotum: tribue nobis perseverantem in tua voluntate famulatum; ut dono gratiae tuae, in diebus nostris, et meritis et numero sacratus tibi populus augeatur.	<i>Textus iam recogniti sunt. Coetus noster unanimiter optat, ut in Oratione, pro verbo "meritis" ponatur "merito".</i>	Deus, qui Unigenitum Filium tuum unxisti Spiritu Sancto Christumque Dominum constituisti, concede propitius, ut, eiusdem consecrationis participes effecti, testes redemptionis inveniamur in mundo.
CO 2307		Acts 2:32-36; 10:38 + LG 28, 8

Super oblata (Secret)

1962 MR	1970/2002 MR
Huius sacrificii potentia, Domine, quaesumus, et vetustatem nostram clementer abstergat, et novitatem nobis augeat et salutem.	Huius sacrificii potentia, Domine, quaesumus, et vetustatem nostram clementer abstergat, et novitatem nobis augeat et salutem.
CO 3023	

Postcommunion

1962 MR	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, Domine: ut, sicut de praeteritis ad nova transimus; ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur.	Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut, quos tuis reficis sacramentis, Christi bonus odor effici mereantur.
CO 4455 b	CO 5693 bc + 2 Cor. 2:15

Maundy Thursday: Mass of the Lord's Supper

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, a quo et Iudas reatus sui pœnam, et confessionis suae latro praemium sumpsit, concede nobis tuae propitiationis effectum: ut, sicut in passione sua Iesus Christus, Dominus noster, diversa utrisque intulit stipendia meritorum; ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suae gratiam largiatur.	Laetificet plebem tuam, Deus, huius institutionis celebritas, in qua Filius tuus se ipsum tibi obtulit immolandum, idque Ecclesiae suae sacrificium commisit perpetuum, ut passionie consortes nos ad gloriam suae resurrectionis perducatur.	Sacratissimam, Deus, frequentantibus Cenam, in qua Unigenitus tuus, morti se traditurus, novum in saecula sacrificium dilectionisque suae convivium Ecclesiae commendavit, da nobis, quaesumus, ut ex tanto mysterio plenitudinem caritatis hauriamus et vitae.
CO 106 aB	CP 1221 [<i>ad mentem</i>]	New comp.

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ipse tibi, quaesumus. Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monstravit, Iesus Christus, Filius tuus, Dominus noster.		Concede nobis, quaesumus, Domine, haec digne frequentare mysteria, quia, quoties huius hostiae commemoratio celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur.
CO 3197		CO 679

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Refecti vitalibus alimentis, quaesumus, Domine Deus noster: ut, quod tempore nostrae mortalitatis exsequimur, immortalitatis tuae munere consequamur.</p>	<p>Sacerdotalis initii sollemnia recensentes, te, Domine, suppliciter exoramus: ut munere paschali, quo plebem tuam vegetare dignatus es, sacerdotes tuos in tua sanctitate confirmes.</p>	<p>Concede nobis, omnipotens Deus, ut, sicut Cena Filii tui reficimur temporali, ita satiari mereamur aeterna.</p>
CO 5014 B	CO 78 [<i>ad mentem</i>]	CO 698

Good Friday¹⁰

¹⁰ Note in Schema 186: I. *Pro orationibus ad lectiones, expectandae sunt decisiones Coetus competentis de lectionibus in missa.* II. *Pro orationibus sollemnibus, item expectamus decisiones Coetus competentis circa earum numerum et ordinem.* III. *Pro orationibus post communionem, votum unanime nostri Coetus est, ut 3a tantum, i.e. Reminiscere (ex V 334) servetur.*

Easter Vigil (Mass)¹¹**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicae Resurrectionis illustras: conserva in nova familiae tuae progenie adoptionis spiritum, quem dedisti; ut, corpore et mente renovati, puram tibi exhibeant servitatem.		Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicae resurrectionis illustras, excita in Ecclesia tua adoptionis spiritum, ut, corpore et mente renovati, puram tibi exhibeamus servitatem.
CO 1651		

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, ut, paschalibus initiata mysteriis, ad aeternitatis nobis medelam, te operante, proficiant.		
CO 5757 A		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186 ¹²	1970/2002 MR
Spiritus nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordem.	Spiritus nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut, quos uno pane caelsti satiasti, tua facias pietate concordem.	Spiritus nobis, Domine, tuae caritatis infunde, ut, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordem.
CO 5521 b		

¹¹ Note in Schema 186: *I. De Vigilia Paschali: expectandae sunt decisiones diversorum Coetus.*

¹² Note: *Ut magis appareat unitas festi, retinentur hic et in Dominica Paschatis, eadem oratio super oblata et postcommunio.*

Easter Sunday

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui hodierna die per Unigenitum tuum aeternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti: vota nostra, quae praeveniando aspiras, etiam adiuvando prosequere.	Deus, qui hodierna die per Unigenitum tuum aeternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti: da nobis, quaesumus; ut qui resurrectionis dominicae sollemnia colimus, per innovationem tui Spiritus a morte animae resurgamus.	Deus, qui hodierna die, per Unigenitum tuum, aeternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti, da nobis, quaesumus, ut, qui resurrectionis dominicae sollemnia colimus, per innovationem tui Spiritus in lumine vitae resurgamus.
CO 1669		CO 1669 + 1992

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysteriis, ad aeternitatis nobis medelam, te operante, proficiant.		Sacrificia, Domine, paschalibus gaudiis exsultantes offerimus, quibus Ecclesia tua mirabiliter renascitur et nutritur.
CO 5757 B		CO 5186 a + MP 1311

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs.	Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut, quos uno pane caelsti satiasti, tua facias pietate concordēs.	Perpetuo, Deus, Ecclesiam tuam pio favore tuere, ut, paschalibus renovata mysteriis, ad resurrectionis perveniat claritatem.
CO 5521 b		CO 4223

Easter Monday

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum, quaesumus, caelesti dono prosequere; ut et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam.	Deus, qui paschalia nobis remedia contulisti: populum tuum caelesti dono prosequere; ut perfectam libertatem assecutus, inde post in perpetuum gaudeat, unde nunc temporaliter exsultat.	Deus, qui Ecclesiam tuam nova semper prole multiplicas, concede famulis tuis, ut sacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt.
CO 1958		CO 1573 + 1574

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysteriis, ad aeternitatis nobis medelam, te operante, proficiant.	Sacrificia, Domine, paschalibus gaudiis inmolamus: quibus Ecclesia tua mirabiliter renascitur et nutritur.	Suscipe, quaesumus, Domine, munera tuorum propitius populorum, ut, confessione tui nominis et baptisate renovati, sempiternam beatitudinem consequantur.
CO 5757 C	CO 5186 a	CO 5761 c

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordem.	Impleatur in nobis, quaesumus, Domine, sacramenti paschalis sancta libatio: nosque de terrenis affectibus ad caeleste transferat institutum.	Exuberet, quaesumus, Domine, mentibus nostris paschalis gratia sacramenti, ut, quos viam fecisti perpetuae salutis intrare, donis tuis dignos efficias.
CO 5521 bC	CO 3075	CO 2580 + 3287

Easter Tuesday

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui Ecclesiam tuam novo semper fetu multiplicas: concede famulis tuis; ut sacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt.		Deus, qui paschalia nobis remedia contulisti, populum tuum caelesti dono proseguere, ut, perfectam libertatem assecutus, in caelis gaudeat, unde nunc in terris exsultat.
CO 1574		CO 1958 + 2111

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, Domine, fidelium preces, cum oblationibus hostiarum: ut, per haec pia devotionis officia, ad caelestem gloriam transeamus.	Suscipe, quaesumus, Domine, oblationes familiae tuae: ut sub tuae protectionis auxilio, et collata non perdant, et ad aeterna dona perveniant.	Oblationes familiae tuae, quaesumus, Domine, suscipe miseratus, ut, sub tuae protectionis auxilio, et collata non perdat, et ad aeterna dona perveniat.
CO 5726 aA		CO 5827 B

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseveret.		Exaudi nos, omnipotens Deus, et familiae tuae corda, cui perfectam baptismatis gratiam contulisti, ad promerendam beatitudinem aptes aeternam.
CO 754 a		CO 2527

Easter Wednesday**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui nos resurrectionis dominicae annua sollemnitate laetificas, concede propitius, ut, per temporalia festa quae agimus, pervenire ad gaudia aeterna mereamur.		
CO 1917		

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificia, Domine, paschalibus gaudiis immolamus: quibus Ecclesia tua mirabiliter et pascitur et nutritur.	Suscipe, quaesumus, Domine, hostias redemptionis humanae, et salutem nobis mentis et corporis operare placatus.	
CO 5186 c		CO 5816

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Ab omni nos, quaesumus, Domine, vetustate purgatos: sacramenti tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam.		Ab omni nos, quaesumus, Domine, vetustate purgatos, sacramenti Filii tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam.
CO 10		

Easter Thursday**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium, et pietas actionum.	Deus, qui humanam naturam supra primae originis reparas dignitatem; respice ad pietatis tuae ineffabile sacramentum: ut quos regenerationis mysterio dignatus es innovare, in his dona tuae perpetuae gratiae benedictionisque conserves.	Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti, da, ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium et pietas actionum.
CO 1537	CO 1693	CO 1537

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, quaesumus, Domine, munera populorum tuorum propitius: ut, confessione tui nominis et baptisate renovati, sempiternam beatitudinem consequantur.	Hostias, quaesumus, Domine, placatus assume, quas et pro renatis granter deferimus, et pro acceleratione caelestis auxilii.	
CO 5761 c		CO 2956 a + 2740

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Exaudi, Domine, preces nostras, ut redemptionis nostrae sacrosancta commercia et vitae nobis conferant praesentis auxilium et gaudia sempiterna concilient.		
CO 2482		

Easter Friday**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterne Deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanae fœdere contulisti, da mentibus nostris, ut, quod professione celebramus, imitemur effectum.		
CO 4014		

***Super oblata* (Secret)**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Hostias, quaesumus, Domine, placatus assume: quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus, et pro acceleratione caelestis auxilii.	Perfice, Domine, benignus in nobis paschalium munerum votiva commercia, ut a terrenis affectibus ad caeleste desiderium transferamur.	
CO 2956 a	CO 4213	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Respice, quaesumus, Domine, populum tuum: et, quem aeternis dignatus es renovare mysteriis, a temporalibus culpis dignanter absolve.	Respice, quaesumus, Domine, populum tuum, et quem aeternis dignatus es renovare mysteriis, ad incorruptibilem glorificandae carnis resurrectionem pervenire concede.	Continua, quaesumus, Domine, quos salvasti pietate custodi, ut, qui Filii tui passione sunt redempti, eius resurrectione laentur.
CO 5121	CO 5121 [<i>ad mentem</i> St Leo, <i>Sermo</i> 71]	CO 5502

Easter Saturday

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui festa paschalia venerando egimus, per haec contingere ad gaudia aeterna mereamur.		Deus, qui credentes in te populos gratiae tuae largitate multiplicas, ad electionem tuam propitius intuere, ut, qui sacramento baptismatis sunt renati, beata facias immortalitate vestiri.
CO 761		CO 1508 + 1329

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Concede, quaesumus, Domine, semper nos per haec mysteria paschalia gratulari, ut continua nostrae reparationis operatio perpetuae nobis fiat causa laetitiae.		
CO 721 B		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Redemptionis nostrae munere vegetati, quaesumus, Domine: ut hoc perpetuae salutis auxilio fides semper vera proficiat.		Populum tuum, quaesumus, Domine, intuere benignus, et, quem aeternis dignatus es renovare mysteriis, ad incorruptibilem glorificandae carnis resurrectionem pervenire concede.
CO 4979		CO 622 + 5121 + 4289 + St Leo <i>Tr</i> 71.6

Low Sunday (1962, Schema 186)
2nd Sunday of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui paschalia festa peregrimus, haec, te largiente, moribus et vita teneamus.</p>	<p><i><u>Pro regionibus ubi viget catechumenatus</u></i></p> <p>Deus, qui credentes in te populos gratiae tuae largitate multiplicas: respice propitius ad electionem tuam; ut qui sacramento baptismatis sunt renati, facias beata immortalitate vestiri.</p> <p><i><u>Pro caeteris regionibus</u></i></p> <p>Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui paschalia festa peregrimus, haec, te largiente, moribus et vita teneamus.</p>	<p>Deus misericordiae sempiternae, qui in ipso paschalis festi recursu fidem sacratae tibi plebis accendis, auge gratiam quam dedisti, ut digna omnes intellegentia comprehendant, quo lavacro abluti, quo Spiritu regenerati, quo sanguine sunt redempti.</p>
<p>-</p> <p>CO 4536</p>	<p>CO 1508 + 1329</p> <p>CO 4536</p>	<p>CO 1268</p> <p>-</p>

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Suscipe munera, Domine, quaesumus, exsultantis Ecclesiae: et, cui causam tanti gaudii praestitisti, perpetuae fructum concede laetitiae.</p>	<p>Suscipe, quaesumus, Domine, plebis tuae (et tuorum renatorum) oblationes, ut, confessione tui nominis et baptismo renovati, sempiternam beatitudinem consequantur.</p>	<p>Suscipe, quaesumus, Domine, plebis tuae (et tuorum renatorum) oblationes, ut, confessione tui nominis et baptismo renovati, sempiternam beatitudinem consequantur.</p>
<p>CO 5798</p>	<p>CO 5761 b</p>	<p>CO 5761 b</p>

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Quaesumus, Domine Deus noster: ut sacrosancta mysteria, quae pro reparationis nostrae munimine contulisti: et praesens nobis remedium esse facias, et futurum.	Exuberet, quaesumus, Domine, mentibus nostris paschalis gratia sacramenti: ut quos viam fecisti perpetuae salutis intrare, nullis permittas errorum laqueis implicari.	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseveret.
CO 4831 B	CO 2580 + 3287	CO 754 a

Monday in Week 1 after Easter (Schema 186)

Monday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹³
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, quem docente Spiritu Sancta, paterno nomine invocare praesumimus: effice in nobis filiorum corda fidelium, ut per debitam servitatem hereditatem promissam ingredi mereamur.	Fac, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui paschalibus remediis innovati, similitudinem terreni parentis evasimus, ad formam caelestis transferamur auctoris.
	CO 3886	CO 2608

¹³ 1970 MR: *Omnipotens sempiterne Deus, quem paterno nomine invocare praesumimus, perfice in cordibus nostris spiritum adoptionis filiorum, ut promissam hereditatem ingredi mereamur* (= CO 3886).

Tuesday in Week 1 after Easter (Schema 186)
Tuesday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Fac nos, quaesumus, omnipotens Deus, Domini resurgentis praedicare virtutem: ut cuius muneris pignus accepimus, manifesta dona comprehendere valeamus; et quae nobis feliciter speranda paschale contulit sacramentum, attingere mereamur resurrectionis dominicae firmitatem.	Fac nos, quaesumus, omnipotens Deus, Domini resurgentis praedicare virtutem, ut, cuius muneris pignus accepimus, manifesta dona comprehendere valeamus.
CP 17 + 616		

Wednesday in Week 1 after Easter (Schema 186)
Wednesday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Annua recolentes mysteria, quibus humana substantia spem resurrectionis accepit, per renovatam originis dignitatem, clementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus: ut quod fide recolimus et spe desideramus intenti, perpetua dilectione capiamus.	Annua recolentes mysteria, quibus per renovatam originis dignitatem humana substantia spem resurrectionis accepit, clementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut, quod fide recolimus, perpetua dilectione capiamus.
CO 6181 + CP 1412 + CO 635 a		

Thursday in Week 1 after Easter (Schema 186)
Thursday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹⁴
<i>None assigned</i>	Concede, misericors Deus: ut quod paschalibus institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus.	Deus, qui pro salute mundi sacrificium paschale effecisti, propitiare supplicationibus populi tui, ut interpellans pro nobis Christus Pontifex noster, nos per id quod nostri est similis reconciliet, per id quod tibi est aequalis absolvat.
	CO 665	CO 2037

Friday in Week 1 after Easter (Schema 186)
Friday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹⁵
<i>None assigned</i>	Deus, per quem nobis et redemptio venit et praestatur adoptio: respice in opera misericordiae tuae; ut in Christo renatis et aeterna tribuatur hereditas et vera libertas.	Deus, spes et lumen sincerorum mentium, da cordibus nostris, te supplices deprecamur, et dignam tibi orationem persolvere, et te semper praeconiorum munere collaudare.
	CO 1310 a	CO 2185

¹⁴ 1970 MR: *Concede, misericors Deus, ut quod paschalibus exsequimur institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus* (= CO 665).

¹⁵ 1970 MR: *Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis, famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur* (= CO 2032).

Saturday in Week 1 after Easter (Schema 186)
Saturday in Week 2 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹⁶
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, deduc nos ad societatem caelestium gaudiorum: ut Spiritu Sancto renatos regnum tuum tribuas introire, atque in ea perveniat humilitas gregis quo praecessit fortitudo pastoris.	Depelle, Domine, conscriptum peccati lege chirographum, quod in nobis paschali mysterio per resurrectionem Christi Filii tui vacuasti. Vel: Deus, qui misericordiae ianuam fidelibus tuis per paschalia mysteria patere voluisti, respice in nos et miserere nostri, ut, qui voluntatis tuae viam, te donante, sequimur, a vitae numquam semitis deviemur.
	CO 3828 -	CO 1058 CO 1802 + 721

2nd Sunday after Easter (1962 MR, Schema 186)
3rd Sunday of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui in Filii tui humilitate iacentem mundum existi: fidelibus tuis perpetuam concede laetitiam; ut, quos perpetuae mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis.		Semper exsultet populus tuus, Deus, renovata animae iuventute, ut, qui nunc laetatur in adoptionis se gloriam restitutum, resurrectionis diem spe certae gratulationis exspectet.
CO 1737		CO 4299 + 2919

¹⁶ 1970 MR: *Deus, per quem nobis et redemptio venit et praestatur adoptio, filios dilectionis tuae benignus intende, ut in Christo credentibus et vera tribuatur libertas et hereditas aeterna (= CO 1310 a)*

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Benedictionem nobis, Domine, conferat salutarem sacra semper oblatio: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat.		Suscipe munera, Domine, quaesumus, exsultantis Ecclesiae, et, cui causam tanti gaudii praestitisti, perpetuae fructum concede laetitiae.
CO 499		CO 5798

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta nobis, quaesumus, omnipotens Deus: ut, vivificationis tuae gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriemur.		Populum tuum, quaesumus, Domine, intuere benignus, et, quem aeternis dignatus es renovare mysteriis, ad incorruptibilem glorificandae carnis resurrectionem pervenire concede.
CO 4384		CO 622 + 5121 + 4289 + St Leo <i>Tr</i> 71.6

Monday in Week 2 after Easter (Schema 186)**Monday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹⁷
<i>None assigned</i>	Deus, qui renatis per aquam et Spiritum Sanctum caelestis regni pandis introitum, auge super famulos tuos gratiam quam dedisti: ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis, a nullis priventur promissis.	Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut, veterem cum suis rationibus hominem deponentes, illius conversatione vivamus, ad cuius nos substantiam paschalibus remediis transtulisti.
	CO 2050	CO 779

Tuesday in Week 2 after Easter (Schema 186)**Tuesday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Dele, quaesumus, Domine, conscriptum peccati lege chyrographum: ut qui paschalibus remediis innovati, similitudinem terreni parentis evasimus, ad formam caelestis transferamur auctoris.	Deus, qui renatis ex aqua et Spiritu Sancto caelestis regni pandis introitum, auge super famulos tuos gratiam quam dedisti, ut, qui ab omnibus sunt purgati peccatis, nullis priventur tua pietate promissis.
	CO 1058 + 2608	CO 2050

¹⁷ 1970 MR: *Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire, veritatis tuae lumen ostendis, da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere, quae huic inimica sunt nomini, et ea quae sunt apta sectari (= CO 1582).*

Wednesday in Week 2 after Easter (Schema 186)
Wednesday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Adesto, quaesumus, Domine, tuae adesto familiae et dignanter impende: ut in resurrectionem Domini nostri Iesu Christi inveniamus et nos veraciter portionem.	Adesto, quaesumus, Domine, familiae tuae, et dignanter impende, ut, quibus fidei gratiam contulisti, in resurrectione Unigeniti tui portionem largiaris aeternam.
	CO 178 a + 892	CO 178 b + 892

Thursday in Week 2 after Easter (Schema 186)
Thursday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Sollicita, quaesumus, Domine, quos lavasti pietate custodi: ut Filii tui passione redemptos, eiusdem resurrectione laetifices:	Omnipotens sempiterne Deus, propensius his diebus tuam pietatem consequamur, quibus eam plenius te largiente cognovimus, ut, quos ab erroris caligine liberasti, veritatis tuae firmiter inhaerere facias documentis.
	CO 5502	CO 3884 + 814

Friday in Week 2 after Easter (Schema 186)**Friday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, propensius his diebus tuam pietatem consequamur, quibus eam plenius te largiente cognovimus: ut, quos ab erroris liberasti caligine, veritatis tuae firmiter inhaerere facias documentis.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui gratiam dominicae resurrectionis cognovimus, ipsi per amorem Spiritus in novitatem vitae resurgamus.
	CO 3884 + 814	CO 4526 + CP 1578 + CP 387

Saturday in Week 2 after Easter (Schema 186)**Saturday in Week 3 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Concede, misericors Deus: ut devotus tibi populus tuus existat; et pura tibi mente deserviens, pietatis tuae remedia sine cessatione percipiat.	Deus, qui credentes in te fonte baptismatis innovasti, hanc renatis in Christo concede custodiam, ut, omni erroris incursu devicto, gratiam tuae benedictionis fideliter servant.
	CO 664 + 3239	CO 1507

3rd Sunday after Easter (1962 MR, Schema 186)**4th Sunday of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire iustitiae, veritatis tuae lumen ostendis: da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere, quae huic inimica sunt nomini; et ea, quae sunt apta, sectari.	Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire, veritatis tuae lumen ostendis: da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere, quae huic inimica sunt nomini; et ea quae sunt apta, sectari.	Omnipotens sempiterne Deus, deduc nos ad societatem caelestium gaudiorum, ut eo perveniat humilitas gregis, quo processit fortitudo pastoris.
CO 1582		CO 3828

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
His nobis, Domine, mysteriis conferatur, quo, terrena desideria mitigantes, discamus amare caelestia.	His nobis, Domine, mysteriis conferatur, quo, terrena desideria mitigantes, discamus habere caelestia.	Concede, quaesumus, Domine, semper nos per haec mysteria paschalia gratulari, ut continua nostrae reparationis operatio perpetuae nobis fiat causa laetitiae.
CO 2912		CO 721 B

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacramenta quae sumpsimus, quaesumus, Domine: et spiritualibus nos instaurent alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis.	Sacramenta, quae sumpsimus, Domine Deus noster: et spiritualibus nos repleant alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis.	Gregem tuum, Pastor bone, placatus intende, et oves, quas pretioso Filii tui sanguine redemisti, in aeternis pascuis collocare digneris.
CO 5145 a		CO 2774 + Ps. 22:2 (cf. Jn. 10:9)

Monday in Week 3 after Easter (Schema 186)**Monday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui credentes in te fonte baptismatis innovasti: hanc renatis in Christo concede custodiam, ut nullo erroris incursu gratiam tuae benedictionis amittant.	Deus, lux perfecta beatorum, qui nobis tribuisti paschalia mysteria celebrare in terris, fac nos, quaesumus, de gratiae tuae plenitudine in aeterna saecula gaudere.
	CO 1507	CO 2185 + <i>Triplex</i> 227 + CO 2195

Tuesday in Week 3 after Easter (Schema 186)**Tuesday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, cuius primum pietatis indicium est, quod tibi nos facias toto corde subiectos: da nobis, ut voluntatis tuae viam sequentes, a vitae numquam semitis deviemur.	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui resurrectionis dominicae mysteria colimus, redemptionis nostrae suscipere laetitiam mereamur.
	CP 1644 + CO 1802	CO 4540

Wednesday in Week 3 after Easter (Schema 186)
Wednesday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, vita fidelium, gloria humilium, beatitudo iustorum, propitius suscipe supplicum preces: ut animae quae promissiones tuas sitiunt, de tua semper abundantia repleantur.	Deus, vita fidelium, gloria humilium, beatitudo iustorum, ad preces supplicum benignus intende, ut, qui promissa tuae sitiunt largitatis, de tua semper abundantia repleantur.
CO 2213 a		

Thursday in Week 3 after Easter (Schema 186)
Thursday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186 ¹⁸	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Omnipotens sempiterne Deus, semper in nobis paschale perfice sacramentum: ut, quos sacro baptismate dignatus es renovare, sub tuae protectionis auxilio collata non perdant, et ad aeternae vitae gaudia pervenire concedae.	Deus, qui humanam naturam supra primae originis reparas dignitatem, respice ad pietatis tuae ineffabile sacramentum, ut, quos regenerationis mysterio dignatus es innovare, in his dona tuae perpetuae gratiae benedictionisque conserves.
CO 637 + CP 1229 + CO 5827		CO 1693

¹⁸ Schema 186, Corrigenda: corrected from CP 1600: *Fac nos, quaesumus, Domine, praeclari tui muneris prompta sinceritate cultores: ut, ad meliora iugiter transeuntes, paschale mysterium studeamus habere perpetuum. Per Dominum.*

Friday in Week 3 after Easter (Schema 186)**Friday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Fidelibus tuis, Domine, dignanter impende: ut et paschalia capiant sacramenta et desideranter exspectent ventura; quatenus in mysteriis quibus renati sunt permanentes, ad novam vitam his operantibus perducantur.	Deus, qui et libertatis nostrae auctor es et salutis, exaudi supplicantium voces, et, quos sanguinis Filii tui effusione redemisti, fac, ut per te vivere et perpetua in te valeant incolumitate gaudere.
	CP 615	CO 1609

Saturday in Week 3 after Easter (Schema 186)**Saturday in Week 4 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	2002 MR ¹⁹
<i>None assigned</i>	Deus, qui Ecclesiae tuae filios, sicut erudire non cessas, ita non desinis adiuvere: concede propitius, ut recte facienda cognoscant, et possibilitatem capiant exsequendi.	Deus, qui sollemnitate paschali caelestia mundo remedia benignus operaris, Ecclesiae tuae indulgentiam proseguere, ut observantia temporalis ad vitam proficiat sempiternam.
	CP 904	CO 2110 a

¹⁹ 1970 MR: *Omnipotens sempiternae Deus, semper in nobis paschale perfice sacramentum, ut, quos sacro baptisate dignatus es renovare, sub tuae protectionis auxilio multos fructus afferant, et ad aeternae vitae gaudia pervenire concedas* (= CO 637 + CP 1229 + CO 5827 + Jn. 12:25).

4th Sunday after Easter (1962 MR, Schema 186)**5th Sunday of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	2002 MR ²⁰
Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod praecipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia.		Omnipotens sempiterne Deus, semper in nobis paschale perfice sacramentum, ut, quos sacro baptismate dignatus es renovare, sub tuae protectionis auxilio multos fructus afferant, et ad aeternae vitae gaudia pervenire concedas.
	CO 1633	CO 637 + CP 1229 + CO 5827 + Jn. 12:25

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, qui nos, per huius sacrificii veneranda commercia, unius summae divinitatis participes effecisti: praesta, quaesumus; ut, sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur.		Deus, qui nos, per huius sacrificii veneranda commercia, unius summaeque divinitatis participes effecisti, praesta, quaesumus, ut, sicut tuam cognovimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur.
	CO 1907	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Adesto nobis, Domine Deus noster: ut per haec, quae fideliter sumpsimus, et purgemur a vitiis, et a periculis omnibus eruamur.		Populo tuo, quaesumus, Domine, adesto propitius, et, quem mysteriis caelestibus imbuisti, fac ad novitatem vitae de vetustate transire.
	CO 91	CO 126 a + CP 1320

²⁰ 1970 MR: *Deus, per quem nobis et redemptio venit et praestatur adoptio, filios dilectionis tuae benignus intende, ut in Christo credentibus et vera tribuatur libertas et hereditas aeterna (= CO 1310 a).*

Monday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Monday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	2002 MR²¹
<i>None assigned</i>	Omnipotens aeternae Deus, qui nobis regeneratione baptismatis caelestem vitam conferre dignatus es; praesta quaesumus: ut quos immortalitatis efficis iustificando capaces, usque ad plenitudinem gloriamque promissam te moderante perveniant.	Familiam tuam, quaesumus, Domine, dextera tua perpetuo circumdet auxilio, ut, Filii tui Unigeniti resurrectione, ab omni pravitate defensa, donis caelestibus prosequatur.
	CP 1134 + CO 2237	CO 2628 a

Tuesday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Tuesday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, da populo tuo fidei speique constantiam, ut non dubitemus implenda, quae te novimus auctore promissa.	
	CO 1327 + 3888	

²¹ 1970 MR: *Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod praecipis, id desiderare quod promittis, ut, inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia* (= CO 1633).

Wednesday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Wednesday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Perfice, Domine, benignus in nobis paschaliū munerum votiva commercia; ut a terrenis affectibus ad caeleste desiderium transferamur.	Deus, innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda famulorum, ut, quos de incredulitatis tenebris liberasti, numquam a tuae veritatis luce discedant.
	CO 4213	CO 1260 a

Thursday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Thursday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda famulorum; ut quos de infidelitatis tenebris liberasti, numquam a tuae veritatis luce discedant.	Deus, cuius gratia iusti ex impiis et beati efficimur ex miseris, adesto operibus tuis, adesto muneribus, ut quibus inest fidei iustificatio non desit perseverantiae fortitudo.
	CO 1260 a	CO 1656

Friday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Friday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, cuius gratia iusti ex impiis, et ex miseris beati efficimur: adesto operibus tuis, adesto muneribus; ut quibus inest fidei iustificatio, non desit perseverantiae fortitudo.	Tribue nobis, quaesumus, Domine, mysteriis paschalibus convenienter aptari, ut quae laetanter exsequimur perpetua virtute nos tueantur et salvent.
	CO 1656	CO 981 + 5908 + 5920 + 905

Saturday in Week 4 after Easter (Schema 186)**Saturday in Week 5 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Tribue nobis, quaesumus, Domine, mysteriis paschalibus convenienter aptari: ut, quae laetanter exsequimur, perpetua virtute nos tueantur et salvent.	Omnipotens aeterne Deus, qui nobis regeneratione baptismatis caelestem vitam conferre dignatus es, praesta, quaesumus, ut, quos immortalitatis efficis iustificando capaces, usque ad plenitudinem gloriae, te moderante, perveniant.
	CO 5920 a + 905	CP 1134 + 1125 + CO 2237

5th Sunday after Easter (1962 MR, Schema 186)**6th Sunday of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: ut cogitemus, te inspirante, quae recta sunt; et, te gubernante, eadem faciamus.		Fac nos, omnipotens Deus, hos laetitia dies, quos in honorem Domini resurgentis exsequimur, affectu sedulo celebrare, ut quod recordatione percurrimus semper in opere teneamus.
CO 1085		CP 727 + CO 3355 + CO 1308

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per haec piae devotionis officia ad caelestem gloriam transeamus.		Ascendant ad te, Domine, preces nostrae cum oblationibus hostiarum, ut, tua dignatione mundati, sacramentis magnae pietatis aptemur.
CO 5726 a		CO 316 + 5726 + 2457

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tribue nobis, Domine, caelestis mensae virtute satiatis: et desiderare quae recta sunt, et desiderata percipere.		Omnipotens sempiternae Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, fructus in nobis paschalis multiplica sacramenti, et fortitudinem cibi salutaris nostris infunde pectoribus.
CO 5907		CO 3888 + Br 224

Monday in Week 5 after Easter (Schema 186)
Monday in Week 6 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Fac nos, omnipotens Deus, hos laetitiae dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis exsequimur, sedulo celebrare affectu: ut, quod recordatione percurrimus, semper in opere teneamus.	Concede, misericors Deus, ut, quod paschalibus exsequimur institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus.
	CP 727 + CO 3355 + CO 1308	CO 665

Tuesday in Week 5 after Easter (Schema 186)
Tuesday in Week 6 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	2002 MR ²²
<i>None assigned</i>	Semper exsultet populus tuus, Deus, renovata animae iuventute: ut qui, divina praecepta violando, a paradisi felicitate deciderat, nunc laetetur in pristinam se gloriam restitutum, resurrectionis diem spe certae gratulationis exspectet.	Praesta nobis, omnipotens et misericors Deus, ut in resurrectione Christi Filii tui percipiamus veraciter portionem.
	CO 4299 + 270 + 2919	CO 4386

²² 1970 MR: *Semper exsultet populus tuus, Deus, renovata animae iuventute, ut qui nunc laetetur in adoptionis se gloriam restitutum, resurrectionis diem spe certae gratulationis exspectet* (= CO 4299 + 2919)

Wednesday in Week 5 after Easter (Schema 186)
Wednesday in Week 6 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas: erige nos ad consedentem in dextera tua nostrae salutis auctorem; ut cum in maiestate sua Salvator noster advenerit, quos fecisti baptismo renasci, facias beata immortalitate vestiri.	Annue nobis, quaesumus, Domine, ut, quemadmodum mysterio resurrectionis Filii tui sollemnia colimus, ita et in adventum eius gaudere cum Sanctis omnibus mereamur.
	CO 1328	CO 273

Major/Minor Litanies

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus; contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur.	Praetende nobis, Domine, misericordiam tuam: ut quae votis expetimus, conversatione tibi placita consequamur; et contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.	<i>None assigned</i>
CO 4528	CO 4528 [Cf. CO 4591]	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Haec munera, quaesumus, Domine, et vincula nostrae pravitatis absolvant, et tuae nobis misericordiae dona concilient.		<i>None assigned</i>
CO 2814 c		

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Vota nostra, quaesumus, Domine, pio favore proseguere: ut, dum dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus.		<i>None assigned</i>
CO 6107		

Vigil of Ascension**Collect**

1962 MR	Schema 186 ²³	1970/2002 MR
Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: ut cogitemus, te inspirante, quae recta sunt; et, te gubernante, eadem faciamus.	Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut per haec sacrosancta mysteria, in totius Ecclesiae confidamus corpore faciendum, quod eius praecessit in capite.	Deus, cuius Filius hodie in caelos, Apostolis astantibus, ascendit, concede nobis, quaesumus, ut secundum eius promissionem et ille nobiscum semper in terris et nos cum eo in caelo vivere mereamur.
CO 1085	CO 2505	CO 1337

²³ Schema 186, Corrigenda: corrected from CO 2505 + 5855a: *Tanto nos, Domine, quaesumus, promptiore servitio ascensionis Filii tui praecurrere concede sollemnia, quanta per haec sacrosancta mysteria in totius Ecclesiae confidimus corpore faciendum, quod eius praecessit in capite. Per Dominum.*

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per haec pia devotionis officia ad caelestem gloriam transeamus.	Ascendant ad te, Domine, preces nostrae, et tuorum vota fidelium munera suppliciter oblata concilient: ut tua dignatione mundati, sacramentis magnae pietatis aptemur.	Deus, cuius Unigenitus, Pontifex noster, semper vivens sedet ad dexteram tuam ad interpellandum pro nobis, concede nos adire cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam tuam consequamur.
CO 5726 D	CO 2457 + 316	MP 1493

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Tribue nobis, Domine, caelestis mensae virtute satiatis: et desiderare quae recta sunt, et desiderata percipere.	Omnipotens sempiterne Deus, qui in terra constitutos divina tractare concedis: praesta, quaesumus; ut illuc tendat christianae devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia.	Quae ex altari tuo, Domine, dona percepimus, accendant in cordibus nostris caelestis patriae desiderium, et quo praecursor pro nobis introivit Salvator, faciant nos, eius vestigia sectantes, contendere.
CO 5907 C	CO 5924 a + 3972	MP 1495

Ascension

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Concede, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad caelos ascendisse credimus; ipsi quoque mente in caelestibus habitemus.</p>	<p>Fac nos, omnipotens Deus, exsultare gaudiis et pia gratiarum actione laetari: quia Christi Filii tui ascensio nostra provectio est, et quo praecessit gloria capitis, eo spes vacatur et corporis.</p>	<p>Fac nos, omnipotens Deus, sanctis exsultare gaudiis, et pia gratiarum actione laetari, quia Christi Filii tui ascensio est nostra provectio, et quo processit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis.</p> <p>Or: Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad caelos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in caelestibus habitemus.</p>
<p>- CO 762</p>	<p>St Leo <i>Tr</i> 73.4</p>	<p>St Leo <i>Tr</i> 73.4 CO 762</p>

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<p>Suscipe, Domine, munera, quae pro Filii tui gloriosa Ascensione deferimus: et concede propitius; ut a praesentibus periculis liberemur, et ad vitam perveniamus aeternam.</p>	<p>Sacrificium, Domine, pro Filii tui supplices venerabili nunc ascensione deferimus: praesta, quaesumus; ut et nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad caelestia consurgamus.</p>	<p>Sacrificium, Domine, pro Filii tui supplices venerabili nunc ascensione deferimus: praesta, quaesumus, ut his commerciis sacrosanctis ad caelestia consurgamus.</p>
<p>CO 5740 A</p>	<p>CO 5212</p>	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Praesta nobis, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut, quae visibilibus mysteriis sumenda percepimus, invisibili consequamur effectum.	Deus, cuius Filius in alta coelorum potenter ascendens, captivitatem nostram sua duxit virtute captivam: tribue, quaesumus; ut, quae visibilibus mysteriis sumenda percepimus, invisibili consequamur effectum.	Omnipotens sempiterne Deus, qui in terra constitutos divina tractare concedis, praesta, quaesumus, ut illuc tendat christianae devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia.
CO 4387 bA	CO 4387 a + 1165	CO 3972 + 5924

Thursday in Week 6 of Easter
(where Ascension is transferred to following Sunday)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	<p>C: Deus, qui populum tuum tuae fecisti redemptionis participem, concede nobis, quaesumus, ut de resurrectione dominica perpetuo gratulemur.</p> <p>SO: Ascendant ad te, Domine, preces nostrae cum oblationibus hostiarum, ut, tua dignatione mundati, sacramentis magnae pietatis aptemur.</p> <p>PC: Omnipotens sempiterne Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, fructus in nobis paschalis multiplica sacramenti, et fortitudinem cibi salutaris nostris infunde pectoribus.</p>	<p style="text-align: center;">C = CO 2014</p> <p style="text-align: center;">SO = 6th Sun Easter (CO 316 + 5726 + 2457)</p> <p style="text-align: center;">PC = 6th Sun Easter (CO 3888 + Br 224)</p>

Friday after Ascension (Schema 186)
Friday in Week 6 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui Apostolis tuis Sanctum Spiritum promisit: concede plebi tuae piae petitionis effectum; ut, quibus dedisti fidem, largiaris et pacem.	Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, erige nos ad consedentem in dextera tua nostrae salutis auctorem, ut, cum in maiestate sua Salvator noster advenerit, quos fecisti baptismo renasci, facias beata immortalitate vestiri. <i>In regionibus ubi sollemnitatis Ascensionis fit dominica sequenti: Exaudi, Domine, preces nostras, ut, quod tui Verbi sanctificatione promissum est, evangelico ubique compleatur effectum, et plenitudo adoptionis obtineat quod praedixit testificatio veritatis.</i>
	CO 1359	CO 1328 + 1329 CO 2481 b

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Propitius, Domine, quaesumus, haec dona sanctifica: et, hostiae spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perface munus aeternum.	Oblationes familiae tuae, quaesumus, Domine, suscipe miseratus, ut, sub tuae protectionis auxilio, et collata non perdat, et ad aeterna dona perveniat.
	CO 4709	CO 5827 B

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Adesto, quaesumus, Domine, populo tuo: et, quem mysteriis caelestibus imbuisti, fac ad novitatem vitae de vetustate transire.	Continua, quaesumus, Domine, quos salvasti pietate custodi, ut, qui Filii tui passione sunt redempti, eius resurrectione laetentur.
	CO 126 a [+ CP 1320]	CO 5502

Saturday after Ascension (Schema 186)
Saturday in Week 6 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Adveniat nobis, quaesumus, Domine, virtus Spiritus Sancti: qua voluntatem tuam fidei mente retinere, et pia conversatione depromere valeamus.	Deus, cuius Filius ad caelos ascendens Apostolis Sanctum Spiritum dignatus est polliceri, praesta, quaesumus, ut, sicut illi multifaria doctrinae caelestis munera perceperunt, ita nobis quoque spiritalia dona concedas. Per Dominum. <i>In regionibus ubi sollemnitas Ascensionis fit dominica sequenti ad Missam matutinam dicitur: Mentis nostras, quaesumus, Domine, bonis operibus semper informa, ut, ad meliora iugiter contententes, paschale mysterium studeamus habere perpetuum.</i>
	CO 218 + 2511	CO 1058 CO 1802 + 721

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
	Purificet nos, quaesumus, Domine, muneris praesentis oblatio: et dignos sacra participatione efficiat.	Propitius, Domine, quaesumus, haec dona sanctifica, et, hostiae spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perforce munus aeternum.
	CO 4799	CO 4709

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Mentes nostras, quaesumus, Domine, Spiritus Sanctus adveniens divinis praeparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum.	Sumpsimus, Domine, sacri dona mysterii, humiliter deprecantes, ut, quae in sui commemorationem nos Filius tuus facere praecepit, in nostrae proficiant caritatis augmentum.
	CO 3338	CO 5583

Sunday after Ascension (1962 MR, Schema 186)**7th Sunday of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Omnipotens sempiterne Deus: fac nos tibi semper et devotam gerere voluntatem; et maiestati tuae sincero corde servire.	Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut, sicut humani generis Salvatorem condesere tecum in tua maiestate credimus, ita usque ad consummationem saeculi manere nobiscum quemadmodum est pollicitus sentiamus.	Supplicationibus nostris, Domine, adesto propitius, ut, sicut humani generis Salvatorem tecum in tua credimus maiestate, ita eum usque ad consummationem saeculi manere nobiscum, sicut ipse promisit, sentiamus.
CO 3837	CO 153	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Sacrificia nos, Domine, immaculata purificent: et mentibus nostris supernae gratiae dent vigorem.		Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum, ut, per haec piae devotionis officia, ad caelestem gloriam transeamus.
	CO 5194	CO 5726 a

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
Repleti, Domine, muneribus sacris: da, quaesumus; ut in gratiarum semper actione maneamus.		Exaudi nos, Deus, salutaris noster, ut per haec sacrosanta mysteria in totius Ecclesiae confidamus corpore faciendum, quod eius praecessit in capite.
	CO 5056 a	CO 2505

Monday after Ascension (Schema 186)
Monday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Mentes nostras, quaesumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.	Adveniat nobis, quaesumus, Domine, virtus Spiritus Sancti, qua voluntatem tuam fidei mente retinere, et pia conversatione depromere valeamus.
	CO 3333 b	CO 218 + 3823

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Sacrificia, Domine, tuis oblata conspectibus, ignis ille divinus absumat, qui discipulorum Christi tui per Spiritum Sanctum corda succendit..	Sacrificia nos, Domine, immaculata purificent, et mentibus nostris supernae gratiae dent vigorem.
	CO 5190	CO 5194

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Sumpsimus, Domine, sacri dona mysterii: humiliter deprecantes; ut, quae in tui commemoratione nos facere praecepisti, in nostrae proficiant infirmitatis auxilium.	Populo tuo, quaesumus, Domine, adesto propitius, et, quem mysteriis caelestibus imbuisti, fac ad novitatem vitae de vetustate transire.
	CO 5583	CO 126 a + CP 1320

Tuesday after Ascension (Schema 186)
Tuesday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus: ut Spiritus Sanctus adveniens, templum nos gloriae suae dignanter inhabitando perficiat.	
	CO 4580	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Hostias populi tui, quaesumus, Domine, miseratus intende: et ut tibi reddantur acceptae, conscientias nostras Sancti Spiritus emundet adventus.	Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum, ut, per haec pie devotionis officia, ad caelestem gloriam transeamus.
	CO 2972	CO 5726 a

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, euius mysteriis mundamur et pascimur: tribue, quaesumus; ut eorum nobis indulta refectio vitam conferat sempiternam.	Sumpsimus, Domine, sacri dona mysterii, humiliter deprecantes, ut, quae in sui commemorationem nos Filius tuus facere praecepit, in nostrae proficiant caritatis augmentum.
	CO 1707 + 1921	CO 5583

Wednesday after Ascension (Schema 186)
Wednesday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)

Collect

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Da, quaesumus, Ecclesiae tuae, misericors Deus: ut Sancto Spiritu congregata, toto tibi sit corde devota, et pura sibi voluntate concordet.	Ecclesiae tuae, misericors Deus, concede propitius, ut, Sancto Spiritu congregata, toto sit corde tibi devota, et pura voluntate concordet.
	CO 1001 + 1568	

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Suscipe, quaesumus, Domine, sacrificia tuis instituta praeceptis, et sacris mysteriis, quae debitae servitutis celebramus officio, sanctificationem tuae nobis redemptionis dignanter adimple.	
	CO 2726 a + 5251 + 5733	

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Gratiam tuam nobis, Domine, semper accumulet divina participatio sacramenti: et sua nos virtute mundando, tanti muneris capaces efficiat.	Gratiam tuam nobis, Domine, semper accumulet divini participatio sacramenti, et, sua nos virtute mundando, tanti muneris capaces indesinenter efficiat.
	CO 2749	

Thursday in the Week after Ascension (Schema 186)**Thursday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui nobis aeternae securitatis aditum passione Domini nostri Iesu Christi et Sancti Spiritus illuminatione reserasti: concede, quaesumus; ut, tanti doni particeps devotio quieta proficiat, et ad fidei transferatur augmentum.	Spiritus tuus, quaesumus, Domine, spiritalia nobis dona potenter infundat, ut det nobis mentem, quae tibi sit placita, et aptet nos tuae propitius voluntati.
	CP 73	CO 4423 + 916 + 3734

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Praesentia munera, quaesumus, Domine, Spiritus tui perfunde benedictione: ut in Ecclesia tua eam dilectionem infundant, per quam salutaris mysterii toto mundo veritas fulgeat.	Propitius, Domine, quaesumus, haec dona sanctifica, et, hostiae spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perface munus aeternum.
	CP 1405 + CO 4330 + CO 6775	CO 4709

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Deus, qui caelestia fidelibus tuis dona largiris: custodi gratiam quam dedisti; ut vigeat in nobis munus infusum, et ad sempiternae redemptionis augmentum, spiritalis esca proficiat.	Percepta mysteria, quaesumus, Domine, et eruditione nos instruant et participatione restaurent, ut ad spiritalia mereamur munera pervenire.
	CO 2938 a + 1480	CO 4193

Friday in the Week after Ascension (Schema 186)**Friday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)****Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Spiritus tuus, quaesumus, Domine, spiritalia nobis dona potenter infundat; ut dat nobis mentem, quae tibi sit placita, et aptet nos propitius tuae voluntati.	Deus, qui nobis aeternitatis aditum glorificatione Christi tui et Sancti Spiritus illuminatione reserasti, concede, quaesumus, ut, tanti doni particeps, devotio nostra proficiat, et ad fidei transferamur augmentum.
	CO 4423 + 3734 + 916	CP 73

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Preces nostras, quaesumus, Domine, propitiatus admitte; et ut digne tuis famulemur altaribus, Spiritus Sancti gratia nos tanti muneris capaces efficiat.	Hostias populi tui, quaesumus, Domine, miseratus intende, et, ut tibi reddantur acceptae, conscientias nostras Sancti Spiritus emundet adventus.
	CO 4611 a + 5916 + 2749	CO 2972

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Percepta mysteria, quaesumus, Domine, et eruditione nos instruant et participatione restaurent; ut ad spiritualia mereamur munera pervenire.	Deus, cuius mysteriis mundamur et pascimur, tribue, quaesumus, ut eorum nobis indulta refectio vitam conferat sempiternam.
	CO 4193	CO 1180 + 1921

Saturday in Week 7 of Easter (1970/2002 MR)**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
<i>None assigned</i>	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut, qui paschalia festa peregrimus, haec, te largiente, moribus et vita teneamus.	
		CO 4536

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
	<i>None assigned</i>	Mentes nostras, quaesumus, Domine, Spiritus Sanctus adveniens divinis praeparet sacramentis, quia ipse est remissio omnium peccatorum.
		CO 3338

Postcommunion

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
	<i>None assigned</i>	Annue, Domine, nostris precibus miseratus, ut, sicut de praeteritis ad nova sumus sacramenta translati, ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur.
		CO 267

Vigil of Pentecost**Collect**

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
		Omnipotens sempiternae Deus, qui paschale sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri, praesta, ut, gentium facta dispersione, divisiones linguarum ad unam confessionem tui nominis caelesti munere congregentur.
	Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut claritatis tuae super nos splendor effulgeat; et lux tuae lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, Sancti Spiritus illustratione confirmet.	Vel: Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut claritatis tuae super nos splendor effulgeat, et lux tuae lucis corda eorum, qui per tuam gratiam sunt renati, Sancti Spiritus illustratione confirmet.
	CO 4483	CO 4015 CO 4483

Super oblata (Secret)

1962 MR	Schema 186	1970/2002 MR
